NUMI KUFICI

EX

VARIIS MUSEIS SELECTI

A

C. M. FRAEHN

Consiliario Statûs, Equite, Academico Petropolitano etc.

Cum IV Tabulis.

PETROPOLI MDCCCXXIII.

Litteris Academicis.

Extrait du Tome IX. des Mémoires de l'Académie Imp. des Sciences de St. Pétersbourg.

NUMI KUFICI,

QUI IN

IMPERATORIS AUG. MUSEO SOLITARIO PETROPOLI SERVANTUR.

In eo, quo Imperatoris Augustissimi totius Russiae Museum solitarium (vulgo *Eremitage* dicunt) superbit, apparatu numorum locupletissimo et pretiosissimo non ampla quidem, neutiquam tamen contemnenda numorum Mu'hammedanorum deprehenditur copia. Hos ego anno cIↃIↃcccxvII quum incertos nulloque prorsus dispositos ordine jacere vidissem, unà cum Talismanis Sigillisque Arabicis, Persicis, Turcicis, quae ibidem loci condita sunt, digerebam breviterque describebam. Numi quidem CLXXXVII numero sunt, non computatis exemplis duplicibus. Gentes autem et dynastiae, a quarum principibus signatos se profitentur, hæ sunt: A) Chalifæ Umaijadæ, tam Orientales quam Occidentalis, et 'Abbasidæ, 'Alides Edrisidarum auctor, Chalifa Fatimides, Emiri Samanidæ, 'Hamdanidæ, 'Okeilides, et Buweihidæ. B) Chanus Hulaguides, Chani Dschudschidæ, Giraï-Chanus, Imperatores Baburidæ, Sultani 'Osmanidæ, Schahi Sofidæ & Efscharidæ.

Jam inter Kuficos maxime seu antiquiores quum haud pauci reperiantur, qui vel nemini adhuc innotuerunt, vel, quod plus est, tam ad nostram rei numariae Mu'hammedanorum cognitionem am-

plificandam, quam ad hoc illudve historiae momentum illustrandum faciunt, eos quidem (sunt autem numero cxxii) sepultos diutius jacere non passus in publicum deducendos jusum esse existimavi. Solà autem brevissimà interpretatione auctos eos in medium proferre satis habui, quia plerosque eorum amplà commentatione illustrandi locum dabit ea, quam paro, Numophylacii academici descriptio. Ab hujus ipsius admirandà ubertate etiam ortum est, quod eorum, quos ex Museo Imperiali solitar. produxi, numorum, non nisi quintam admodum partem notà *inediti* insignivi, quamquam eorum multo major numerus hoc titulo augendus fuisse videbitur hunc Indicem perlustranti nec conferenti, nisi cum libris numismaticis jam editis. Nimirum quum ejusmodi numos jam ex Museo academico in ipsius Recensione, quæ in eo est, ut edatur, produxi, eos anecdotos amplius prædicare non potui. Id etiam monendum, me in describendis numis, quorum ratio jam aliunde satis superque innotuit, non posuisse nisi uniuscujusque momenta potiora, omissis, quæcunque singulis atque omnibus ejusdem generis numis communia esse solent, veluti formulæ Koranicæ aliaque similia. Nec numorum metallum, nisi aurum vel æs, nominatim indicavi. Argentei igitur sunt, quotquot omni metalli indicatione carent. Denique lineola ducta sub Arabica, ea minus distincte expressa in numis cerni indicat; signum autem, quod vocant divisionis, geminatum ÷, locum in numo detritum deletumve esse denotat.

I.

NUMI
CHALIFARUM UMAIJADARUM

A) ORIENTALIUM.

'ABD-UL-MELIK, aut *WALID* I.

1. ineditus, rar. notab.

Cusus بواسط في سنة ست وثنين (v. Tab. XVIII, 1.) *in Wasit anno octogesimo sexto.* (a. H. 86 = Ch. 705.) (*)

JESID II.

2.

Cus. ibid. سنة ثلث ومية *anno centesimo tertio.* (a. H. 103 = Chr. 721,2.)

HESCHAM.

3.

Cus. ibid. سنة سبع ومية *anno centesimo septimo.* (a. H. 107 = Chr. 725,6.)

4.

Cus. ib. سنة اثنين وعشرين ومية *anno centesimo vicesimo secundo.* (a. H. 122 = Chr. 739,40).

B) OCCIDENTALIUM.

'HAKEM II.

5. ined. rar. notab.

Aureus, cus. ut mutilati Marginis vestigia indicare videntur, بمدينة الزهراء *in urbe es-Sehra* (al-Zehra).

(*) Anno cIɔIɔcccxvII quum Prolusionem de Musei academici parte ederem, hic ætate secundus erat omnium numorum, qui inde ab re monetariâ Arabum per 'Abd-ul-Melikum a. H. 76. reformatâ et relictis institutis peregrinis Arabicæ consuetudini conformatâ innotuerant. Jam vero nunc non nisi decimum quartum locum occupat. Tanta incrementa per hos sex annos nostra rei numariæ Arabum scientia cepit!

In supremâ A. I. flosculus, in eâdem infimâ عامر *Âmir.*

A. II. الحاجب ‖ الامام الحكم ‖ امير المومنين ‖ المستنصر بالله ‖ جعفر *Cubicularius*, ‖ *Imamus el-Hakem* ‖ *Emirus Fidelium* ‖ *el-Mustanṣir-billah.* ‖ *Dscha'far.* Conjunge primum et ultimum versum. (v. Tab. XVIII, 5.)

M. محمد رسول الله ارسله usque ad كله.

Numus circa a. H. 354 = Chr. 966 cusus est.

II.

NUMI

CHALIFARUM 'ABBASIDARUM.

MEHDY.

6.

Aur. (الدينر), cus. سنة خمس وستين ومية *anno centesimo sexagesimo quinto.* (a. H. 165 = Chr. 781,2.). Reliqua pro solemni aureorum 'Abbasidianorum more habent.

7.

Cus. بالعباسية سنة سبع وستين ومية *in el-Âbbasiâ* (urbe Africae provinciae s. Libyae) *anno centesimo sexagesimo septimo.* (a. H. 167 = Chr 783,3.)

In supremâ A. II. punctum grossius, in infimâ eâdem سطا (sic fere) i. e. يزيد *Jesid,* nempe Jésid filius 'Hatimi Muhallebides, Emirus s. Praefectus Africae provinciae.

8. ined.

Aureus (الدينر) cus. سنة ثمان وستين ومية *anno centesimo sexagesimo octavo.* (a. H. 168 = Chr. 784, 5.). Reliqua, ut solent in aureis 'Abbasidianis.

9.

Cus. بالعباسية سنة تسع وستين ومية *in el-Âbbasiâ anno centesimo sexagesimo (?) nono.*

In supr. A. II. ع (quod mihi idem valet atque ع), in eâd. inf. يزيد *Jesid*, eodem fere modo quo in Numo a. 167 exaratum.

HARUN RASCHID.

10. notab.

Cus. بالمحمدية سنة خمس وسبعين ومية *in el-Muhammedid* i. e. er-Rey) *anno centesimo septuagesimo quinto.* (a. 175 = 791, 2.)

A. II. محمد رسول الله ‖ صلى الله عليه ‖ وسلم الخليفة الرشيد ‖ يزيد *Muhammed apostolus Dei est*, ‖ *cui Deus benedicat* ‖ *et salutem præstet. Chalifa er-Raschid.* ‖ *Jesid*, quo nomine Jesidum filium Mesidi indicari puto.

11. rar. notab. v. Tab. XVIII, 11.

Cus. بمدينة زرنج سنة خمس وثمنين ومية *in urbe Serendsch anno centesimo octogesimo quinto.* (a. 185 = C. 801.) Not. in numo hæc ita fere expressa esse — سنة خمس وثمنين —

A. II. على ‖ محمد رسول الله ‖ صلى الله عليه وسلم ‖ الخليفة الرشيد ‖ بن ا بركة *Aly*, ‖ *Muhammed* &c. ‖ - - - ‖ *Chalifa er-Raschid.* ‖ *filius Berekæ.* Conj. primum et quint. vers. Infra ع est.

12. ined. rar. notab.

Cus. بطبرستان سنة احدى وتسعين ومية (v. Tab. XVIII, 12.) *in Tabristan* (i. e. Amol) *anno centesimo nonagesimo primo.* (a. 191 = 806, 7.)

In infimâ A. II. ﻫ

13. rar. notab.

Cus. بمدينة سمرقند سنة ثلث وتسعين ومية *in urbe Samarkand anno centesimo nonagesimo tertio.* (a. 193 = 808, 9.)

In inf. A. II. حموية (v. Tab. XVIII, 13.) *Hamujah?*

14.

Cus. بمدينة السلام *in Urbe salutis* (seu Baghdad) anno, ut puto, 193.

In inf. A. II. ﻫ

AMIN,

a) heres Chalifatus designatus.

15. notab.

Cus. بمدينة السلام احدى وثمنين ومية *in Urbe salutis anno centesimo octogesimo primo.* (a. 181 = 797, 8.)

A. II. محمد رسول الله || ما امر به الامير الامين || محمد بن امير المومنين || جعفر *M.* &c. || *Est ex iis* (numis), *quos* (cudi) *jussit Emirus el-Amin* || *Muhammed filius Emiri Fidelium.* || *Dscha'far*, nempe Barmekides Wesirus.

b) Chalifa

16. ined. rar. notab.

Cus. بمدينة السلام سنة اربع وتسعين ومية *in Urbe salutis anno centesimo nonagesimo quarto.* (a. 194 = 809,10.)

A. II. ربى الله || محمد رسول الله || ما امر به عبد الله الامين || محمد امير المومنين || العباس *Dominus meus Deus est.* || *Mu'h.* &c. || *Est ex iis* (numis), *quos* (cudi) *jussit servus Dei el-Amin* || *Muhammed Emirus Fidelium.* || *El-Abbas*, nempe filius el-Fafzli cubicularius Chalifae.

17. notab.

Cus. ibid. eod. que anno.

In A. II. supremà ربى الله *Dominus meus Deus est.*

MAMUN,

a) heres Chalifatus designatus.

18. notab.

Cus. بمدينة بلخ سنة اربع وتسعين ومية *in urbe Balch anno centesimo nonagesimo quarto.* (a. 194 = 809,10.)

A. II. لله || محمد رسول الله || ما امر به الامير المامون || ولى عهد المسلمين || عبد الله بن امير المومنين *Deo* (celebrando!) || *Muh.* &c. || *Est ex iis* (numis), *quos* (cudi) *jussit Emirus el-Mamun* || *praefectus curando foederi Muslimorum* (s. heres Chalifatus) || *Abdullah filius Emiri Fidelium.*

b) Chalifa.

19. rar. notab. v. Tab. XVIII. 19.

Cus. سنة ست وتسعين ومية (?) بـأران *in Arran* (s. Berda'a) *anno centesimo nonagesimo sexto.* (a. 196 = 811,12.)

In inf. A. I. ور

A. II. طاهر ‖ محد رسول الله ‖ ما امر به الامام المامون ‖ عبد الله امير المومنين ‖ بن محد *Tahir,* ‖ *Muh.* &c. ‖ *Est ex iis* (numis), *quos* (cudi) *jussit Imamus el-Mamun* ‖ *Abd-ullah Emirus Fidelium.* ‖ *filius Muhammedis.* Conjung. vers. primum et postremum.

20. ined.

Cus. بمدينة السلام سنة ست عشرة ومايتين *in Urbe salutis anno ducentesimo decimo sexto.* (a. 216 = 831,2.)

A. I[am] altera cingit inscriptio marginalis, continens vers. Koranicum: لله الامر من قبل &c. (*) In A. II. supremâ لله (**)

MU'TESS BILLAH.

21.

Cus. بسمرقند سنة ثلث وخمسين ومايتين *in Samarkand anno ducentesimo quinquagesimo tertio.* (a. 253 = 867.)

A. II. p. p. المعتز بالله ‖ امير المومنين *El-Mu'tess-billah.* ‖ *Emirus Fidelium.*

MU'TASZID-BILLAH.

22. ined. rar.

Cus. بمدينة السلام سنة اثنين وثنين ومايتين *in Urbe salutis anno ducentesimo octogesimo secundo.* (a. 282 = 895,6.)

A. II. p. p. المعتضد بالله *El-Mu'taszid-billah.*

(*) Moneo, eandem obtinere rationem in numis Chalifarum 'Abbasid. proxime sequentium.

(**) Hoc & ipsum in omnium, qui jam sequuntur, Chalifarum 'Abbas. numis deprehenditur.

23. ined. notab.

Cus. بمدينة السلام سنة ثلثماية *in Urbe salutis anno trecentesimo.* (a. 300 = 912,13.)

A. I. inf. ابو العباس بن || امير المومنين *Abu-'l-Àbbas filius || Emiri Fidelium.*

A. II. p. p. المقتدر بالله *El-Muktedir-billah.*

24. ined. notab.

Cus. ibid. سنة خمس وثلثماية *anno trecentesimo quinto.* (a. 305 = 917,18.)

Reliqua eadem sunt, atque numi proxime praecedentis.

25. ined. notab.

Cus. بالموصل ‥ اثنتى (?) عشر ‥‥ *in el-Mausil* (Mosul) anno trecentesimo et *duodecimo* (ni f. leg. احدى, ut sit: undecimo). Reliquorum eadem ratio est, ac in N. præced.

26. ined. notab.

Cus. بسرمن‌رى سنة اربع عشرة وثلثماية *in Serrmanra anno trecentesimo decimo quarto.* (a. 314 = 926,7.)

Reliqua hujus numi inscriptio eadem est, ac numorum proxime praecedentium.

27. ined. notab.

Cus. بواسط سنة اربع عشر (sic) وثلثماية *in Wasit* anno eodem, cetera iis, qui proxime antecesserunt, numis similis.

28. notab. *

Cus. بمدينة السلام سنة سبع عشرة وثلثماية *in Urbe salutis anno trecentesimo decimo septimo*, cetera NN. proxime antecedentibus similis.

29. ined. notab.

Cus. بالكوفة سنة ثمانى عشرة وثلثماية *in el-Kufá anno trecentesimo decimo octavo.* (a. 318 = 930.)

Reliqua eadem sunt, atque in NN. prox. praecedd.

30.

Numus de genere proxime antecedentium, sed adeo detritus in Margine, ut nec loci nec anni notatio amplius cognosci queat.

KAHIR-BILLAH,

31. notab.

Cus. بمدينة السلام سنة احدى وعشرين وثلثماية *in Urbe salutis anno tnecentesimo vicesimo primo.* (a. 321 = 933.)

In inf. A. I. ابو القاسم بن ‖ امير المومنين *Abu'l-Kasim filius ‖ Emiri Fidelium.*

A. II. p. p. القاهر بالله *El-Kahir-billah.*

RASZI-BILLAH.

32. ined. notab.

Cusus بمدينة السلام سنة ثلث وعشرين وثلثماية *in Urbe salutis anno trecentesimo vicesimo tertio.* (a. 323 = 934, 5.)

A. II. p. p. الراضى بالله *Er-Rafzi-billah*

د i. e. ر vel ز

33. ined.

Cus. بالبصرة سنة اربع ... وثلثماية *in el-Bafrá anno trecentesimo ... quarto.* (a. 324 = 935,6.)

A. II. p. p. *Er-Rafzi-billah.*

34. ined. notab.

Cus. بمدينة السلام سنة خمس وعشرين وثلثماية *in Urbe salutis anno trecentesimo vicesimo quinto.* (a. 325 = 936,7.)

A. II. الراضى بالله *Er-Rafzi-billah.*

د

35.

N. ejusdem Chalifæ vehementer attritus.

36. incd. rar. notab.

Cus. بمدينة السلام سنة تسع وعشرين وثلثماية *in Urbe salutis anno trecentesimo vicesimo nono.* (a. 329 = 941.)

A. I. inf. ابو منصور بن || امير المومنين *Abu-Manfur filius* || *Emiri Fidelium.*

A. II. p. p. المتقى لله *El - Mutteki - lillah.*

37.

N. satis attritus ejusdem Chalifæ, eádemque epigrapharum ratione, in *el-Bafrá*, ut videtur, cusus, anni ثلثين (?) وثلثماية . .

38.

N. circumcidendo minutus majoremque in modum attritus, quem ab aliquo Africæ provinciæ Præfectorum procusum suspicor.

39.

N. aereus, et ipse vehementer detritus, in inf. A. I. يزيد *Jesid* præ se ferre videtur, cetera adeo corruptus longâ die, ut legi amplius non possint.

III.

NUMUS

EDRISI ALIDAE

conditoris Dynastiæ Edrisidarum in Maghreb.

40. rar. notab. v. Tab. XVIII, 40.

Cus. . . . . سنة اربع وسبعين ومية *in . . . anno centesimo septuagesimo quarto.* (a. 174 = 790,1.)

A. II. . . || محمد رسول || الله صلى الله || عليه وسلم || على i. e. . . *Muh. est apost.* || *Dei, Deus benedicat* || *ei et salutem præstet.* || *Aly.*

ما امر به ادريس بن عبد الله جاء الحق وزهق الباطل ان الباطل M.
كان زهوقا i. e. *Est ex iis* (numis), *quos* (cudi) *jussit Edris filius Ȧbd-ullahi. Advenit veritas, lubrico autem lapsu corruit vanitas; vanitas enim sane res lubricissima est.* (Kor. 17: 83.)

IV.

NUMUS

CHALIFAE FATIMIDAE.

41. notab.

Numus aureus. A. I. معد ‖ عبد الله ووليه ‖ الامام ابو تميم ‖ المستنصر ‖ بالله ‖ امير المومنين *Maäd* ‖ *servus Dei et ejus Waly* (amicus &c.) ‖ *Imamus Abu-Temim* ‖ *el-Mustanfir-billah* ‖ *Emirus Fidelium.*

M. بسم الله الرحمن الرحيم ضرب هذا الدينر بمصر سنة تسع وثلثين واربعماية *In nomine Dei miseratoris misericordis! Cusus est hic Denarius in Mifr* (Fostat) *anno quadringentesimo tricesimo nono.* (a. 439 = 1047,8.)

A. II. لا اله الا الله ‖ وحده لا شريك له ‖ محمد رسول الله ‖ ولى ‖ على ‖ الله *Äly* ‖ - ‖ - ‖ - ‖ *Waly* (amicus, aut vicarius) *Dei est.*

M. محمد رسول الله ارسله &c.

V.

NUMI

EMIRORUM SAMANIDARUM.

ISMA'IL I.

42.

Cus. بالشاش سنة اربع وثمانين ومیتین *in esch-Schasch* (s. Taschkend) *anno ducentesimo octogesimo quarto.* (a. H. 284 = Chr. 897,8.)

A. II. p. p. المعتضد بالله ‖ اسمعيل بن احمد *El-Mu'tafzid-billah.* ‖ *Isma'il filius Åhmedis.* (*)

43.

Cus. ibid. سنة ست وثمانين ومايتين *anno ducentesimo octogesimo sexto.* (a. 286 = 899.)

A. II. eadem, atque N. antecedentis, est.

44.

Cus. ibid. سنة تسعين ومئتين *anno ducentesimo nonagesimo.* (a. 290 = 902,3.)

A. II. p. p. المكتفي بالله ‖ اسمعيل بن احمد *El-Muktefi-billah* ‖ *Isma'il filius Åhmedis.*

45.

Cus. ibid. سنة اربع وتسعين ومئتين *anno ducentesimo nonagesimo quarto.* (a. 294 = 906,7.)

A. II. eadem, quæ N. proxime antecedentis, est.

46.

Cus. *in Samarkand* cod. anno.

A. II. ut in N. 45. modo laudato.

A'HMED.

47.

A. I. inf. ع A. II. p. p. المكتفي بالله ‖ احمد بن اسمعيل *El-Mucktefi-billah.* ‖ *Åhmed filius Åhmedis.* Loci annique notatio prorsus deleta est, quamquam numum anni 295. esse vix dubitare licet.

48.

Cus. *in Samarkand* anno (in alt. ومئتين) ست وتسعين ومايتين *ducentesimo nonagesimo sexto.* (a. 296 = 908,9.)

(*) Reliqua, quam omnes fere numi argentei Samanidici communem habent, inscriptionum ratio in vulgus pervulgata est.

A. II. p. p. المقتدر بالله ‖ احمد بن اسمعيل *El-Muktedir-billah.* ‖ *Áhmed filius Ismaïlis.* (posterius quidem neschico modo.)

49.

Cus. بالشاش سنة ثمان وتسعين ومايتين *in esch-Schasch anno ducentesimo nonagesimo octavo* (?). (a. 298 = 910,11.)

A. II. p. p. المـ ـ ـ ـ ـ ‖ احمد بن اسمعيل *El-Mu*ktedir-billah. ‖ *Áhmed fil. Ismaïlis.*

50.

Cus. *in Samarkand anno* تسع وتسعين ومايتين *ducentesimo nonagesimo nono.* (a. 299 = 911,12.)

In supr. A. I. flosculus, in inf. eàdem

A. II. Chalifæ & Emiri, quos modo dixi, nomina, posterius quidem modo neschico.

51. notab.

Cus. باندرابة *in Enderabe* (quæ est urbs Tocharistanæ) anno eodem.

In inf. A. I. ابو نصر *Abu-Nafr*, prænomen Emiri nostri.

A. II. ut in N. 50. modo laudato.

52.

Cus. *in Samarkand* سنة ثلثماية *anno trecentesimo.* (a. 300 = 912,13.)

A. II. ut in N. 50. paullo ante laudato.

NASR II.

53.

Cus. *in esch-Schasch anno* اثنتين وثلثماية *trecentesimo secundo.* (a. 302 = 914,15.)

A. II. p. p. المقتدر بالله ‖ نصر بن احمد *El-Muktedir-billah.* ‖ *Nafr fil. A'hmedis.*

54.

Cus. *in Samarkand, anno* خمس وثلثماية *trecentesimo quinto.* (a. 305 = 917,18.)

A. II. ut in N. 53. modo laudato.

55. notab.

Cus., ut videtur, ببلخ سنة ست وثلثمية *in Balch anno trecentesimo sexto.* (a. 306 = 918,19.)

A. I. inf. احمد بن سهل *Áhmed filius Sahli.*

A. II. p. p. نصر بن احمد ‖ ال ‥‥ *El - ‥‥* ‖ *Nafr filius Ahmedis.*

56.

Cus. *in Samarkand anno* اثنتى عشرة وثلثماية *trecentesimo & duodecimo.* (a. 312 = 924,5.)

A. II. ut in N°. 53. modo laudato.

57.

Cus. ‥ اش سنة خمس عشرة وثلثماية in esch-Schasch *anno trecentesimo decimo quinto.* (a. 315 = 927,8.)

A. II. ut in N. 53. laudato.

58. ined. rar. notab. v. Tab. XVIII, 58.

Cus. ‥‥ و (sic) بالمحمدية سنة خمسة عش *in el - Mu'hammedid anno* trecentesimo *decimo quinto.*

A. I. supra delet., inf. محمد بن علي *Muhammed filius Áiyi.*

A. II. ut in N. 53. laudato.

59.

Cus. *in esch-Schasch anno* ست عشرة وثلثماية *trecentesimo decimo sexto.* (a. 316 = 928,9.)

A. II. ut in N. 53.

60.

Cus. ibid. *a.* سبع عشرة وثلثماية *trecentesimo decimo septimo.* (a. 317 = 929.)

A. II. ut in N. 53.

61.

Cus. a. ‥ ع عشرة وثلثماية (314, 317, 319?) Nomen loci deletum. In sup. A. I. ף esse videtur. A. II. ut in N. 53. habet.

62.

Cus. a. عشرة وثلثاية —

Nom. loci evanid. In A. II. vers. penult. dubius, ultimus ut in NN. prox. praecedd.

63.

Cus. *in esch-Schasch a.* عشرين ؞ ؞ ثلثاية trecentesimo vicesimo (?) (a. 320 = 932.)

In supr. A. I. ף

A. II. ut in N°. 53.

64.

Cus. ibid. *a.* احدى وعشرة (ين؟) وثلثاية *trecentesimo vicesimo (?) primo.*

In A. II. versu penult. الناصر بالله in obscuris vestigiis latere videtur.

65.

Cus. بسمر ؞ ؞ ؞ ؞ ربع وعشرين وثلثاية *in Samar*kand anno *trecentesimo vicesimo quarto.* (a. 324 = 935,6.)

A. II. p. p. ؞ ؞ ضى بالله ‖ نصر بن احمد Er-Ra*fzi-billah.* ‖ *Nafr filius Áhmedis.*

66.

Cus. *in esch-Schasch* a. eod.

A. II. p. p. eadem Chalifæ & Emiri nomina, ac in N. 65.

67.

Cus. *in Samarkand a.* خمس وعشرين وثلثاية *trecentesimo vicesimo quinto.* (a. 325 = 936,7.)

A. I. inf. ع

A. II. p. p. *Er-Rafzi-billah.* ‖ *Nafr fil. Áhmedis.*

68.

Cus. *in esch-Schasch* anno eod.

A. II. ut in N. 67.

69.

Cus. *in Samarkand a.* ست وعشرين وثلثماية *centesimo vicesimo sexto.* (a. 326 = 937,8.)

A. I. inf. siglum س

A. II. ut N. 67.

70.

Cus. ibid. *a.* ثمان وعشرين وثلثماية *trecentesimo vicesimo octavo.* (a. 328 = 939,40.)

In inf. A. I. ع ع

A. II. ut in N. 67.

71.

Cus. ibid. *a.* تسع وعشرين وثلثماية *trecentesimo vicesimo nono.* (a. 329 = 940.)

A. I. inf. in altero quidem exemplo: ع ع

A. II. ut in N°. 67.

72. ined.

Attritus, cus., ut videtur, *in esch-Schasch* a. eod.

In supr. A. I. ج

A. II. ut N. 67.

73.

Attritus, cus. ibid. ut videtur, anni notâ deletâ.

A. II. ut N. 67.

74.

Attrit. cus. *in Samarkand*, anni notâ deletâ.

In inf. A. I. س esse videtur.

A. II. ut N. 67. cujus haud scio an alterum exemplum sit.

75. ined. notab.

N. rudis fabricæ. Videtur *in Enderabe* cusus esse, & a. 300 præseferre.

In inf. A. I. نوح *Nuh.*

A. II. p. p. نصر بن احمد ‖ الرا . . الله *Er-Rafzi-billah.* ‖ *Nafr fil. Ahmedis*

76.

Cus. ibid. *q.* ثلثين وثلثاية *trecentesimo tricesimo.* (a. 330 = 941,2.)

In inf. A. I. haud scio an ع ع fuerit.

A. II. p. p. نصر بن احمد ‖ المتقى لله *El-Mutteki-lillah.* ‖ *Nafr filius Ahmedis.*

77. notab,

Cus. *in Samarkand a.* . . وثلثاية i. e. *trecentesimo* tricesimo.

A. I. inf. على *Aly.*

A. II. p. p. ut in N. 76.

78.

Cus. *in esch-Schasch anno* احدى وثلثين وثلثاية *trecentesimo tricesimo primo.* (a. 331 = 942,3.)

A. II. p. p. ut N. 76.

79.

Cus. *in Samarkand anno* . . . . . عشر corruptà æræ notatione, et nomine Chalifæ oblitterato.

80 — 83.

Numi hujus Emiri, quorum inscriptiones rudiori Minervâ exaratæ et aliæ aliis deformatæ vitiis. N. 80. *in esch-Schasch* cusus *anno — octavo*, Muktediro, ut videtur, Chalifâ. N. etiam 81. sub eodem Chalifâ signatum censeo. N. 82. non nisi unâ inscriptione marginali a Parte anticâ circumdatus. N. 83. solito minor est. Stultum foret ejusmodi monstris monetæ diu immorari, stultius ex iisdem explicandis definiundisque gloriæ quærere materiam.

84.

N. cus. in *esch-Schasch*, sed adeo detritus truncatusque, ut, sitne hujus Emiri, affirmare non ausim, quamquam esse existimo.

85.

Cus. بسمرقند سنة اثنتى وثلثين وثلثماية *in Samarkand anno trecentesimo tricesimo secundo.* (a. 332 = 943,4.)

A. I. inf. ε ε

A. II. pp. المتقى لله ‖ نوح بن نصر *El-Muttaki-lillah.* ‖ *Nuh filius Nafri.*

86.

Cus. ibid. *a.* ثلث وثلثين وثلثماية *trecentesimo tricesimo tertio.* (a. 333 = 944.)

A. I. inf. ε ε

A. II. ut N. 85.

87.

Num. rudis fabricae, cus. ibid. incerto anno. In inf. A. I. est, quod ad geminum siglum in NN. proxime praecedentibus obvium accedat.

A. II. ut N. 85.

88.

Cus. ibid. *a.* اربع وثلثين وثلثماية *trecentesimo tricesimo quarto.* (a. 334 = 945,6.)

A. I. inf. ε ε

A. II. المستكفى بالله ‖ نوح بن نصر *El-Mustekfi-billah.* ‖ *Nuh filius Nafri.*

89.

Cus. *in esch-Schasch* eod. anno.

In inf. A. I. ε ε

A. II. ut N. 88.

90. notab.

Cus. in ش... esch-Schasch *a.* خمس وثلثين وثلثماية *trecentesimo tricesimo quinto.* (a. 335 = 946,7.)

In supr. A. I. مر ?

A. II. ut N. 88.

91. notab.

Cus. بخارا *in Bochará* anno eodem.

A. II. p. p. *El-Mustekfi-billah.* ‖ *Nuh fil. Nafri*, ut N. 88.

92. notab.

Cus. *in Samarkand a.* ست وثلثين وثلثماية *trecentesimo tricesimo sexto.* (a. 336 = 947,8.)

In inf. A. I. ع ع

A. II. ut in N. proxime antecedente.

93. notab.

Cus. ibid. *a.* سبع وثلثين وثلثماية *trecentesimo tricesimo septimo.* (a. 337 = 948,9.)

Reliqua, ut in N. 92. modo laudato.

94. notab.

Cus. ibid. *a.* ثمان وثلثين وثلثماية *trecentesimo tricesimo octavo.* (a. 338 = 949,50.)

Reliqua hic etiam eadem sunt, atque in N. 92.

95. notab.

Cus. *in Bochará* anno eodem.

A. II. convenit cum N. 92.

96.

Cusus haud scio an in *esch-Schasch* a. ثلثين وثلثماية ‥ A. I. inf. deleta. A. II. eadem, quæ N. 92. habet.

97. ined. rar. notab.

Cus. *in esch - Schasch* سنة ‥ وثلثين وثلثماية *a. trecentesimo tricesimo* ‥

In supr. A. I. siglum, quod fere ع refert. (v. Tab. XVIII, 97.)

A. II. p. p. ‥ نوح بن نصر ‖ المستكفى بالله *El-Mustekfi billah.* ‖ *Nuh f. Nafri.*

Infra restat ‥ طا ut videtur (v. Tab.), forte طالب

98. notab.

Cus. ibid. *a.* اربعين وثلثاية *trecentesimo quadragesimo.* (a. 340 = 951,2.)

In supr. A. I. مك vel مد

A. II. p. p. الـ .. بالله || نوح بن نصر *El Mustekfi-billah.* || *Nuh fil. Nafri.*

99. notab.

Cus. *in Samarkand* a. cod.

In inf. A. I. ع ع

A. II. p. p. *El-Mustekfi-billah.* || *Nuh filius Nafri.*

100. notab.

Cus. *in Samarkand a.* ثلث واربعين وثلثاية *trecentesimo quadragesimo tertio.* (a. 343 = 954.)

A. I. inf. ع ع

A. II. ut N. 99.

101 — 106.

Numi nostri Emiri nomina gerentes, sed anni notâ vel deletâ vel corruptâ. N. 101. in *esch-Schasch* cusus et nomen *el-Mustekfi-billah* præseferens. N. 102. ibid. cusus, incerto Chalifæ nomine, quamquam el-Mustecfi-b. esse videtur. N. 103. in *Samarkand* cusus hujus Chalifæ nomen præsefert. N. 104. epigraphis rudissimâ arte exaratis, in *Enderabe* signatus esse videtur, sed incerto Chalifæ nomine. NN. 105 & 106. adeo injuriam temporis passi sunt, ut in iis nihil fere quidquam, quod in ætate aliquatenus definiundâ te adjuvet, restiterit.

ABD-UL-MELIK I.

107. ined.

Cus. in Samar*kand a.* ثمان واربعين وثلثاية *trecentesimo quadragesimo octavo.* (a. 348 = 959,60.)

A. II. p. p. المطيع لله || عبد الملك || بن نوح *El-Muti-lillah.* || *Abd-ul-melik* || *filius Nuhi.*

108.

Cus. et ipse *in* Samarkand *a.* تسع واربعين وثلثماية *trecentesimo quadragesimo nono.* (a. 349 = 960,1.)

A. I. inf. ε ε A. II. ut N. 107.

109.

Cus. ibid. anno, ut videtur, *trecentesimo quinquagesimo.* (a. 350 = 961.)

A. I. inf. ε ε A. II. ut N. 107.

MANSUR I.

110. ined.

Cus. *in esch-Schasch a.* (sic!) ثمان وخمسين وثلثماية *trecentesimo quinquagesimo octavo.* (a. 358 = 968,9.)

In supr. A. I. فايق *Faik.*

A. II. p. p. المطيع لله || منصور بن نوح *El-Muti'-lillah.* || *Mansur filius Nuhi.*

---

111. ined. notab.

N. rudis fabricæ. In Partis ant. M. int. non leguntur nisi hæc: *Cusus est hic Dirhem in esch-Schasch anno.* A. II. || لله محمد || عبد بن الله || ميكايل Primi ultimique versus litteræ dextrorsum more nostro progrediuntur. Inf. est ⊹ v. Tab. XVIII, 111.

112.

Cusus typo perverse insculpto, nimirum litteræ retrorsum spectant moreque Europæo dextrorsum progrediuntur; sed hæ ipsæ litteræ adeo deformatæ, ut frustra insumas operam invenire, quod ad definiundum numi auctorem et ætatem faciat. Neque tamen dubito, quin numus hic et ipse Samanidici cujusdam Principis sit.

4

VI.

NUMI
EMIRORUM 'HAMDANIDARUM.

113. ined. rar. notab. v. Tab. xviii, 113.

Cus. : : باد — Acræ etiam notatio plane evanuit.

A. I. لا اله الا \|\| الله وحده \|\| لا شريك له \|\| سيف الدولة \|\| ابو الحسين i. e. —— Seif-ed-daula \|\| Abu'l-Husein.

M. ext. لله الامر &c.

A. II. لله \|\| : : رسول الله \|\| : : : : وعلى اله \|\| : : : ط (ر ?) بالله \|\| نصر آلدولة \|\| ابو محمد \|\| - - Deo! \|\| Muhammed apostolus Dei est. \|\| Benedicat Deus ei et genti ejus. \|\| El-Muktedir (?)-billah. \|\| Nasr-ed-daula \|\| Abu-Muhammed \|\| - -

114.

Cus. : : س سنة تسع وعشرين وثلثماية in : : : a. trecentesimo vicesimo nono. (a. 329 = 940,1.)

A. I. لا اله الا \|\| الله وحده \|\| لا شـ : : : \|\| ابو الحـ : : : \|\| مولى : : : i. e. - - \|\| - - \|\| - - \|\| Abu'l-Husein \|\| Cliens Emiri Fidelium.

M. ext. لله الامر &c.

A. II. لله \|\| محمد \|\| رسول : : : \|\| : : : تقى لله i. e. —— \|\| El-Mutteki-lillah.

VII.

NUMUS
EMIRI 'OKEILIDAE.

115. rar. notab. v. Tab. xviii, 115.

Cus. بالموصل سنة سبع وثمنين وثلثماية in el-Mausil (Mosul) anno trecentesimo octogesimo septimo. (a. 387 = 999.)

A. I. : \|\| لا اله الا الله \|\| وحده لا شريك له \|\| الملك بها الدولة \|\| حسام الدولة \|\| ابو حسان i e. - - - Rex Beha-ed-daula. \|\| Husam-ed-daula \|\| Abu-Hassan. Inf. est ع

M. ext. بنصر الله الأمر لله &c. excluso

A. II. لله || محمد رسول الله || صلى الله عليه || القادر بالله || جناح الدولة || ابو الحسن i. e. - - - *El-Kadir-billah.* || *Dschenah-ed-daula* || *Abu'l-Hasan.* Inf. ح est.

In M. qui solemnem versic. Kor. continet, كرهو pro كره male exaratum est.

VIII.

NUMI

EMIRORUM BUWEIHIDARUM.

116. rar. notab.

N. vehementer attritus, cusus esse videtur a. 326 (= 937,8). Notabilis est a tertiâ Partis ant. inscriptione marginali, cujus reliquiae sunt والسعادة والظفر *et felicitate et victoriâ* —

117. ined. rar.

Cus. بارجان سنة ثلث وثلثين وثلثماية *in Arradschan anno trecentesimo tricesimo tertio.* (a. 333 = 944,5.)

A. I. p. p علي بن بويه *Âly filius Buweihi.*

A. II. p. p. ‥ ال *el-Mutteki-lillah?*

118. rar. notab.

Cus. بمدينة السلام سنة ست وثلثين وثلثماية *in Urbe salutis anno trecentesimo tricesimo sexto.* (a. 336 = 947,8.)

A. I. لا اله الا الله || وحده لا شريك له || معز الدولة || ابو الحسين || بويه i. e. — — *Muess-ed-daula* || *Abu'l-Husein* || filius τȣ *Buweih.*

A. II. لله || محمد رسول الله || صلى الله عليه وسلم || المطيع لله || عماد الدولة | ابو الحسن || بويه i. e. — — — *El-Muti-lillah.* || *Emad-ed-daula* || *Abu'l-Hasan* || fil. τȣ *Buweih.*

119. ined. rar. notab.

Cus. ‥ بايدج سنة ‥‥ وربعين وثلث (v. Tab. XVIII, 119.) *in Idadsch* (quae urbs in finibus Orient. Chusistanae sita) *anno trecentesimo quadragesimo* ‥

A. I. tribus verss. postremis tantum non deletis continuisse videtur: Mu'ess-ed-daula || Abu'l-Hasan || *Buweih.*

A. II. vers. 1. & 2. ut in N. prox. antecedente. Deinde: للمطيع لله || ركن الدولة || ابو علي || بويه *El-Muti'-lillah.* || *Rokn-ed-daula* || *Abu-Aly* || filius τȣ *Buweih.*

120 — 122.

Tres numi multo usu attriti, quos ad hanc dynastiam referre nullus dubito.

NUMI KUFICI ANECDOTI
EX
VARIIS MUSEIS SELECTI
& ILLUSTRATI.

Fidem omnem fere excedit, quae novissimis annis undique, vel ex remotissimis oris, ad me perlata est, numorum Orientalium omnis generis vis, sive Museo Asiatico Academiae Imper. Scientiarum benigne liberaliterque dono oblati, sive ad permutationem propositi, sive venum dati, sive, ut ipsos possessoribus digererem et explicarem, mihi missi fuerint. Eorum quotquot Museo Asiatico inferre datum erat, Recensio numorum ejus propediem foras edenda comprehendit; eos vero, qui apud ipsos possessores manserunt et iidem in Museo Asiatico desiderantur, aequo animo videre non potui diutius apud me latentes, memor fidei datae a me Symbolas priores ad rem numariam Muhammedanorum edente, eamque primo quoque tempore solvere eo magis meum esse ratus, quo notabiliores inter illos deprehenduntur. Ut igitur in superiore scriptione, quidquid numorum Kuficorum in Museo Imperatoris augustissimi solitario servatur, in medium produxi, ita hujus ratio ea est, ut numorum Kuficorum, qui aliunde mihi innotuere anecdoti simulque vel rari vel notabiles, in lucem proferat partem aliquam; nam, etiamsi haec mea opera, numis recentioribus (ut Dschingisidarum, Timuridarum, Osmanidarum &c.) ad aliud tempus rejectis, ad solos antiquiores sese referat, tamen vel hos singulos atque

omnes hic commemorare non licuit. Prætermissis, quotquot in Museo Rühliano *Berolini* ineditos notabilesve deprehendi, quoniam eos singulari libello pertractare mihi animus est, nec ratione habitâ rerum memorabilium Musei Fuchsiani *Kasani*, quia, ad hoc integrum edendum quæ pertinent, diu jam instruxi, ad præsens intra editionem eorum numorum antiquiorum et in Museo Asiatico non obviorum substiti, quos in aliis Museis, præter ambo illa modo laudata, deprehendi, scilicet in Museis cl. Demetrii Joannidae Nejelow *Kasani*, cl. Zoe Paulidae Zosima *Mosquae*, cels. Comit. Nicolai de Romanzow *Petropoli*, cels. Com. Severini de Potocki *ibidem*, seren. Ducis Alexandri Würtembergensis *ibidem*, cl. Gabrielis Joannidæ Pflug *ibidem*, Bibliothecae Imper. publicæ Petropolitanæ, emin. Eugenii Metropolitae Kiowiensis *Kiowiæ*, Universitatis Imp. Dorpatensis, et Societatis litt. et artt. Curoniensis *Mitawiæ*. Intercurrunt numi, quos per occasionem a me visos nunc ignoro, cujus sint. Longe maxima vero pars ex Museo, quod primo loco dixi, Nejelowiano depromta est.

Inter hos autem, quos hic in medium protraxi, numos paucissimis exceptis (*) adhuc ineditos, haud pauci insignes eminent, veluti N°. 1 & 2. anni 80 H., N°. 22 in Armeniae metropoli cusus a Choseimâ &c., N°. 20 cus. in Abreschehr, N°. 24 nomine 'Aly-Rifzæ signatus, N°. 25 ab 'Obeid-ullah Ben-es-Sary in Aegypto, N°. 30 in Samerrâ a. 321 cusus, N°. 31 Tahiridicus, NN. 46 — 52 Buweihidici, N°. 54 Merwanidicus, primus hujus generis, N°. 55 Tamaræ, Reginae Georgiae, N°. 56 Patanicus. Tales aliosque, quos nominare longum foret, numos doctus et intelligens existimator contemplari non potest, quin sive ab exitio vindicatos sive ex tenebris,

(*) Quippe post scriptam hanc commentatiunculam tabulasque finitas ipsi etiam Museo Asiatico obtigerunt. Unum etiam a cl. Marsden in libro splendidissimo, inscripto „Numismata OO illustrata", qui his ipsis diebus ad nos perlatus est, editum esse, ex nota ad N°. 25 postea adjectâ intelligetur.

in quibus jacebant sepulti, in lucem evocatos gaudeat; nam ut fines scientiæ rei numariæ Mu'hammedanorum proferunt, ita vel corrigunt vel amplificant vel testimonio suo gravissimo confirmant, quod de hac illave re gestâ ex libris perceptum habemus.

Jam eos ego mutato consilio non, ut quos ex Museo Imp. aug. solitario in superiore scriptione protuli, omni commentatione nudos recensendos, sed etiam potiora et difficiliora singulorum momenta illustranda esse censui, idque eo magis, quia inter hæc inveniuntur nonnulla, quibus conficiundis ipse par non fui, quæque ut ad liquidum perducantur, aliorum doctrinæ et judicio acriori commendare volui, id quod, nisi expositâ meâ ipsius sententiâ, commode fieri posse non videbatur.

Quae igitur ad hos numos vel accuratius disputavi vel paucis innui, veluti de urbe *Åbbaskâ*, quam numorum interpretes ad hunc usque diem haud procul a Baghdado sitam autumârunt, quamquam in Libyâ quærenda est, simulque de hujus provinciæ Emirorum numis, circa quos in multo errore versati sunt interpretes; de *Abreschehr* et *Iranschehr*, antiquis Nisaburi nominibus parum notis; de *Kafr-es-salam* in numis cum Medinet-es-salam facile confundendo et (suspicio est) nonnunquam confuso; de *Samerræ* monetâ ad extremum fere sæculi x. dimidium prius florente, quamquam auctor geographiæ Orientalis ab ill. Ouseley anglice editæ eam urbem suâ memoriâ dirutam desolatamque describat; de eo, quod circa situm *Enderabæ* urbis interpretes hallucinati sunt, simulque de nominibus provinciarum *Chilan* et *Gil* ad Oxum superiorem ex Tabulis geographicis nostris delendis; de epochâ mortis *Âly-Rifzæ* nondum satis exploratâ; de caussâ versiculi Koranici „Deo et fuit et erit imperium &c." in numos introducti; de faustâ precatione pro ال النبى s. *gente prophetæ*, nonnunquam, ut videtur, Schi'itismi indicio; de *Sinka*, numi nomine Syriaco; de principibus Patanicis in ipsis rebus sacris inauditi quid novare ausis; et quæ id genus alia sunt, — in iis habebit

(spero) Muhammedanorum rei numariæ et historiæ studiosus & intelligens, quæ, si recte et ad persuadendum accommodate a me disputata fuerint, in rem suam convertat, sin minus, ipse recognoscat et accuratius examinet meque, ubi certiora invenerit, edoceat. In singulis quæstionibus si quid difficultatis meæ ipsius sententiæ inest, ingenue, ut mos meus fert, confessus sum.

Quod denique ad Tabulas adjectas attinet, quibus vel numi integri vel eæ numorum partes, in quibus cardo caussæ vertitur, ære vel lapide expressæ sunt, aliæ ab aliis confectæ sunt artificibus, quorum quidem unus, tiro scilicet, qui Tabulam XIX. (*) æri incidit, passim minus bene rem gessit. Inde „ne quid detrimenti resp. capiat", peccata ejus ad singulos, ad quos attinent, numos suo loco notare non neglexi. Id autem doleo, fieri non potuisse, ut nonnullos numos notabiliores, in quibus illustrandis hic operam collocavi, veluti Samerrensem, ære incidendos vel in lapide delineandos curarem.

Quod restat, Nejelowiani numi plerique de numero illorum sunt, quos a. 1821 in provinciâ Wolodimirensi unà cum numis argenteis nonnullorum Imperatorum Germanicorum, ut Othonis II. Oth. III. all. effossos esse dixi in libello inscripto: „Das Muhammedanische Münzkabinet des Asiat. Mus. &c." p. 120. (**) Reliquos etiam, a paucis si discesseris, tam ex eodem Museo Nejelowiano, quam ex aliis laudatos, in Russiâ solum fodientibus oblatos esse scio.

Not. 1. Argentei sunt, quotquot in hac commentatione, non addito metalli nomine, offeruntur.
2. ‥ loca in numis detrita vel deleta indicat.
3. Lineola vocabulo Arabico subjecta, id minus distincte expressum notat.

(*) Moneo numorum tam eorum, qui in eâdem Tabulâ infimo loco cernuntur litteris a, b, c insigniti, quam illorum duorum, qui in mediâ Tab. XXI. numeris 1 & 2 notati sunt, in hac commentatiunculâ non habitam esse rationem. Ab hoc, quod hic maxime tractavimus, numorum genere alieni, alii commentationi, quæ similes ipsis recensebit, reservati sunt.

(**) Male ibi aurei fuisse dicuntur illi numi Germanici.

I.

CHALIFAE UMAIJADICI.

'ABD - UL - MELIK.

1.

ex Museo Nejelowiano Kasani.

Numus rarissimus, cusus بدمشق فى سنة ثمنين (v. Tab. xix, 1.) *in Dimeschk* (i. e. Damasci) *anno octogesimo.* (a. H. 80 = a. Chr. 699 vel 700.)

Vetustatis gratià magni faciendus est, nam inter antiquissimos aureos argenteosve ab Arabibus typo mere Mu'hammedano signatos tertium tenet locum unà cum duobus aliis, quorum alter proximus post hunc recensebitur ex Musco eodem Nejelowiano, alter Ramhormuzensis in Museo Asiatico Acad. Scient. Petrop. asservatur.

Noto ثمنين ejectà litterà vocali, ut mos Kuficus priore ævo fert, scriptum pro ثمانين, hujusque vocabuli litteram ث pronam paullulum, ita ut fere pro خ habueris, ideoque, quod ثمنين legendum est, facile خمس legeris. (*a*) Hanc hujus litteræ figuram chalcographus quidem imitando non expressit, qui idem ductus etiam litterarum in hoc N. graciliores, quam debebat, reddidit.

Id etiam non alienum puto hoc loco monere, litteram finalem ق in دمشق et الحق fere ad instar ى formatam, ى autem finalem in فى, على et بالهدى rectà lineà retro flexam esse, utrumque ex prisco more Kufico, cujus qui non meminerit, facile accidere potest, ut in nominibus difficilioribus kufice exaratis hæreat. (*b*)

(*a*) Inde, ut hujus rei exemplum ponam, factum est, ut numus 'Abbasidicus. ab ill. Hallenbergio in libri Numismata Orientalia inscripti Parte II, Tab. I, N. III. ære expressus et P. I, p. 117 descriptus, ad annum 205 relatus sit, quamquam ad a. 280 referendus erat. vid. l. c. P. II, p. 76 sq.

(*b*) Sic e. g. viris doctis in N. Umaijadico Musei Mainoniani secundo a. 95 cuso accidit. Frustra in nomine urbis, ubi cusus est, periclitati sunt; b. quidem Assemani بشيف *In Schif*, ill. S. de Sacy بنسف in Nesef signatum esse

2.

ex Mus. Nejelowiano.

N. rarissimus, notabilissimus, cus. برمعاد سنة ثمنين (v. Tab. XIX, 2.) *in Beremkobad (?) anno octogesimo.*

Huic non solum ob summam ætatem, sed etiam ob locum, cujus ex monetà prodiit, multum tribuendum est. Novum enim et inauditum antea, nec aliis in numis nec in libris, quotquot mihi quidem ad manus sunt, obvium nobis hic offertur urbis nomen, quod unum de paucis illis urbium monetalium nominibus est, quæ ad liquidum perducere mihi nondum contigit. Tres priores nominis litteras licet quidem بره transscribere, sed aliæ præterea suppetunt rationes; nam possunt etiam legi نره , نزه , ترم variisque aliis modis. Pars posterior nominis innuere quidem videtur nomen Kobadi, filii Firusi, notissimi in historià regis Sasanidici, qui multarum urbium conditor fuisse et a quo كورة قباد *nomus Kobadi*, in provincià Fars, nomen traxisse fertur; quamquam nec inter urbes ab illo conditas, nec inter eas, quæ hujus nomi sunt, deprehendi, quæ ad nostri nominis similitudinem accedat. Fieri autem potest, ut in extremà nominis parte اباد, per aphæresin باد scriptum, lateat. Opto speroque futurum, ut quod ego nunc quidem integrum relinquere cogor, alius feliciori successu utens conficiat. Qui forte tentet, is velim teneat, eam nominis litteram, quam equidem pro ة habui, in numo ipso minus crassam latamque cerni, quam in imagine ejus

---

conjiciebat. Neutra sententia probanda. Memores illius, quam diximus, figuræ litteræ finalis ق, facile animadvertissent, hanc ipsam litteram ibi exstare, eamque cum caudà rectà retro flexà τῷ ق coaluisse. Unice vera lectio est — بسرق في سنة in *Sorrak* &c. *Sorrak* autem, quod proprie nomen districtûs provinciæ Ahwas est, hic more Arabibus solemni pro urbe ejus districtûs primarià, دورق *Deurak*, positum. — Sic كى in *Dschey*, quod cum caudà τῷ ى retro flexà scribitur eoque modo nonnunquam cum inferiore lineà τῷ ج fere coaluit, me ejus immemorem olim, **Numophylacium Pototianum** adumbrantem, (ib. p. 19) præterire poterat.

aere excusâ, in quâ eâdem littera dicti nominis postrema ɔ longiore, quam debebat, intervallo a præcedentibus diremta est.

3.

ab A. Amburger V. C. e Persiâ allatus, nunc cujus sit, nescio.

Cus. بالبصرة فى سنة احدى. وثمنين *in el-Basrá anno octogesimo primo.* (a. H. 81 = Ch. 700,1.)

4.

in provinciâ Witebscensi repertus, nunc cujus sit, dicere non habeo.

Rar. et notab. cus. جى فى سنة احدا وثمنين (sic videtur) *in Dschey anno octogesimo primo.*

جى *Dschey* vetus nomen est partis Iſfahani illius, quae, ab alterâ Jehudia dictâ milliarii Arabici et quod excurrit intervallo disjuncta, deinceps a Persis شهرستان *Schehristan* vocata, Jakuti quidem memoriâ in ruinis jacebat. Dicebatur illa etiam مدينة اصبهان *Urbs Iſbahani* (et Traditionariis simpliciter المدينة *el-Medina* = *Urbs*), quæ appellatio deinde in Jehudiam transiit. (*c*).

Occurrit hoc idem nomen *Dschey* aliis etiam in numis jam editis, veluti in Mainoniano a. 82 (*d*), et in Pototiano Nejelowianoque a. 162. (*e*) At vide, sitne hæc ipsa Dschey intelligenda etiam in numis Kuficis iis, qui non quidem باصبهان *in Iſbahan*, sed بمدينة اصبهان *in Urbe Iſbahani* signatos se profitentur,

(*c*) Jakut in Mo'addschem el-buldan, et Uylenbroek V. C. in Descript. Iracæ Persicæ p. 12. 17. 63. 65.

(*d*) v. me in libello, qui inscribitur: Das Muhammedanische Münzkab. des Asiat. Mus. &c. p. 15.

(*e*) v. meas Nov. Symbol. ad rem num. Muhammedan. p. 41. coll. Das Muh. Münzk. p. 121.

quales sunt annorum H. 196 — 207! Conjecturae huic sane Ibn-Haukal favet, cujus memoria *Schehristan* (nomen enim antiquum *Dschey* ignorare videtur) adhuc florebat. (*f*)

5.

ex Mus. Nejelow.

Cus. بدمشق سنة ثلث وثمنين *in Dimeschk anno octogesimo tertio.* (a. H. 83 = 702,3.) فى ante سنة abest.

WALID I.

6.

ex Mus. seren. Ducis Alexandri Würtembergens.

Rarus et notab. cus. بجندى سابور فى سنة احدى وتسعين *in Dschondei-Sabur anno nonagesimo primo.* (a. 91 = 709,10.)

جُنْدَيْسابور *Dschondei-Sabur* (sic pronuntiari jubent Jakut & Abu'l-feda) — persice *Dschondi* (s. potius گُندى *Gondi*)-*Schapur*, urbs antiqua Chusistanæ est, Persarum quondam incluta Academia medica, a. H. 19 sub Chalifatu 'Omari ab Arabibus expugnata. (*g*)

7.

ex Mus. ser. Duc. Alexandri Würt.

Rar. et notab. cus. بسابور فى سنة اثنين وتسعين *in Sabur anno nonagesimo secundo.* (a. H. 92 = Ch. 710,11.)

Sabur, pers. *Schapur*, provinciæ Fars urbs celeberrima, a. H. 23 sub 'Omaro capta, diu quidem jam diruta, sed ob parietinas

(*f*) v Uylenbrock l. c. p. 5.

(*g*) Peculiari Commentatione de eâ egit I. H Schulz in Comment. Acad. Petrop. T. XIII. cui adde The Oriental Geography p 77 & alibi. Edrisy p. 138 141. Jakut Lex. geogr. Abulf. Tab. IX. Abulf. Annal. II, p. 252. Gol. ad Alferg. p 115. Dschihan-Numa p. 284. Tarich Karamany in App. geograph. S. de Sacy Mém. sur div. Antiq. de la Perse p. 296. L v. Hammer in Wien. Jahrb. der Litt. Th. VIII, 371. et all.

et saxis sculptas figuras adhuc maxime spectanda. (*h*) Numos, qui ex hujus urbis monetà prodierint, præter hunc, non vidi, nisi unum perperam a me aliquando Nisaburo attributum, (*i*) quem ipse deinceps (*k*) correxi errorem. (*l*)

WALID I. aut *SULEIMAN.*

8

ex Mus. Nejełowiano.

Aureus cusus anno ست وتسعين *nonagesimo sexto.* (a. H. 96 = Ch. 715.)

Sitne سنة an سنة فى scriptum, annotare neglexi. Cetera, ut in aureis assolent, habent.

SULEIMAN.

9.

ex eod. Museo.

Cus. براسط فى سنة سبع وتسعين *in Wasit anno nonagesimo septimo.* (a. 97 = 715,6.)

HESCHAM.

10.

ex Mus. Zosimano Mosquæ.

Aur. cus. *a. centesimo et vicesimo.* (120 = 738.)

(*h*) Consulantur de eâ The Oriental Geogr. p. 103 & alibi. Jakut in Lex. geogr. Golius ad el-Ferg. p. 115 Dschih. N. p. 269. sq. Ouseley's Travels. I, 296 sqq. 356. & S. de Sacy in Journ. d. Sav. 1819. p. 581. Ritter die Erdkunde im Verhältniss &c. II, p. 58. (ed. I.) v. Hammer l. c. p. 345. et all.

(*i*) De Academiæ I. Scient. Petrop. Mus. num. Musl. Prolusio I, p. 11. coll. p. 53.

(*k*) v. Das Muhammed. Münzkabinet p. 17.

(*l*) Etiam numum anni 97. nuperrime editum a cl. Marsden in opere inscripto Num. OO. illustr. P. I, p. 9, qui بسابور se cusum profitetur, *Suburo*, non vero *Nisaburo*, ut interpres existimavit, tribuendum esse patet.

II.

CHALIFAE ʿABBASIDICI.

ʿABD - ULLAH.

11.

ex Mus. Nejelowiano.

Cus. بالكوفة سنة خمس وثلثين ومية *in el-Kufá anno centesimo tricesimo quinto.* (a. H. 135 = Ch. 752,3.)

MANSUR.

12.

ex Mus. Pflugiano. (*m*)

Notab. cus. بالبصرة سنة اربعين ومية *in el-Bafrá anno centesimo quadragesimo.* (a. H. 140 = Ch. 757,8.)

In A. II. inf. عبد *Ábd* (v. Tab. xxı, 12.), quod pro compendio nominis *Ábd - ullah* habeo, qualia et aliis in numis deprehendi, veluti عبيد *ʿObeid* in N. Amini a. 195 in Muhammediâ cuso, pro quo in alio ejusdem Chalifæ ibidem loci a. 189 signato integrum exstat عبيد الله *ʿObeid-ullah.* Illud autem nomen *Ábd-ullah* nollem ita explicare, ut indicet ʿAbd-ullam filium ʿAlyi, patruum Manfuri, qui, postquam jam regnante Ábd-ullah Chalifarum ʿAbbasidûm primo Syriam tenuisset, eo mortuo, a. 137 de Chalifatu cum Manfuro contendere atque dignitatem eam per Syriam sibi vindicare sustinuit, sed, clade pugnæ acceptâ, Bafram confugiens, ibi aliquamdiu latuit, (*n*) donec e latebris elicitus & occisus est; id quod secundum Chondemirum (apud Herbel. Art. Abd-allah) a. 137, juxta Abu'l-fedam (II, 10) a. 139 factum est, Ibn-el-ʿAmido (Elmacino) autem (p. 103) et Chronico Salihy si fidem habes, anno demum 147 evenit; hunc nollem, inquam, hîc intelligere ʿAbd-

(*m*) Alterum exemplum in Mus. Asiat. Petr. asservatur.

(*n*) v. Eutych. II, 394. Elmac. p. 100. Bar-Hebr. p. 128. Abulf. II, 4. 8. ibiq. not. 13.

ullam, tanquam numos signandi jure usum. Potius vel Basrae urbi vel rei ibidem monetariae praefectus aliquis sub hoc nomine intelligendus mihi videtur, qui, ut haud raro factum videmus, numis Chalifae quidem auctoritate, sed suâ tamen curâ signatis suum ipsius etiam nomen, ipso Chalifâ non praemisso sive addito (qui mos, tunc temporis ne invaluerat quidem), inscribere non dubitavit.

13.

quem penes scrutarium aliquem vidi.

Aur. cusus *anno centesimo quadragesimo septimo.* (147 = 764,5.)

14.

ex Mus. Nejelowiano.

(v. Tab. xix, 14.)

Notab. cus. بالعباسية سنة سبع وخمسين ومية *in el-Ábbasiâ anno centesimo quinquagesimo septimo.* (a. 157 = 773,4.)

In A. II. supremâ ع vulgo perperam يحيى *Jahja* lectum, quod mihi idem valet atque ع (o), in eàdem imâ يزيد *Jesid* est.

Characteres Kufici, ut solent in numis 'Abbasianis, grossiores, protensi, dilatati; inde et يزيد in unum fere coaluit. سبع in ipso numo paullo distinctius, quam in figurâ aeneâ, expressum de anno dubitare non patitur.

العباسية *el-Ábbasia* (sic nomen habet in numis aliis, in hoc quidem, vel in ipso archetypo, extrema sintne سية an سة, (*Ábbasa*), aegre distinxeris) nomen urbis est, cujus e monetâ ingens numorum vis exiit, sed majorem partem minus bene signatis servatisve exemplis. Haec autem urbs quae fuerit et ubi terrarum quaerenda sit,

(o) v. me in Beiträgen zur Muh. Münzkunde aus St. Petersburg p. 5. et in Recensione libri Descriz. di alcune mon. Cuf. del Mus. Mainoni in Ephemerid. litt. Jenensib. a. 1823.

tantum abest, ut certo jam constet, ut potius eâ in caussâ a nummorum Orientalium interpretibus probe erratum sit ad hunc usque diem. Postquam eorum nonnulli, veluti ill. Eichhorn (p) et b. Assemani (q), quod hac de urbe sentirent, prudenter non essent proloquuti, ven. Adler, (r) „De Abbasia, inquit, idem statuere velim, quod de Muhammediâ asserui, eam palatium regium (in quo officina monetaria esse solebat), vel vicum fuisse prope augustam urbem a Chalifâ quodam Abbasidâ constructum. Et re verâ Abbasia in latere Bagdadi occidentali sita laudatur ab Abulfedâ in Annal. III, p. 449." Hanc Adleri sententiam unanimi assensione numorum interpretes excepere, ut b. Tychsen (s), Moeller (t), Castiglioni (u), Hallenberg (v); et ipse ego aliquando (x) in eandem sententiam abivi. Nec sane est, quod de 'Abbasia illâ ab Abu'l-fedâ memoratâ dubites, etsi in textu Arabico العباسة prostet ab operarum profectum errore. Ei substituendum esse العباسية., cum Abu'l-faradsch in Hist. Dyn. p. 381 (text. arab.), ubi eandem ipsam, quam Abu'lfeda, rem gestam narrat, tum auctor. Kamusii docet, apud quem: العباسية بلدة بنهر الملك *el-Âbbasia pagus* (s. oppidum) *ad Nahr-el-Melik situs est* Quid? quod et ipsâ in urbe Baghdadi, etiamsi non palatium regium (ut Adler suspicabatur), vicus tamen hujus nominis erat. Jakut in Lex. geographico: والعباسية محلة كانت ببغداد والمنها خربة الآن وكانت بين الصرانين بين يدى قصر المنصور قرب المحلة المعروفة اليوم بباب البصرة وهى منسوبة الى العباس بن محمد بن عبد الله بن العباس i. e. *El-Âbbasia etiam vicus erat in Baghdad,*

(p) in Repertor. f. bibl. u. Morg. Litt. T. XVII, p. 254.

(q) Museo Cuf. Naniano. I, p. XIX.

(r) Mus. Cuf. Borg. II p. 14.

(s) Introduct. p. 34.

(t) De numis OO. in Numophyl. Gothano asservatis Comm. I, p. 30.

(u) Monete Cufiche dell' I. R. Museo di Milano p. 22.

(v) Numismata Orientalia. P. I, p. 64

(x) Jahresverhandlungen der Kurländischen Gesellsch. f. Litt. u. Kunst. Bd. II, p. 398.

quem nunc dirutum esse puto. Situs erat inter utrumque fluvio-lum Sarat, ante arcem Manfuri, prope vicum hodie notum nomine Bab-el-Bafra. Nomen autem el-Ábbasiæ trahebat ab el-Ábbas filio Muhammedis. Hæc, utut conjecturæ Adlerianæ probabilitatis speçiem addere aliquando mihi visa sint, jam nihil curo, postquam ingentem numorum nomen el-'Abbasiæ gerentium vim perlustrare mihi contigit, unde certo mihi persuasum est, 'Abbasiam prorsus alio loco quaerendam esse. Scilicet quæcunque in numis 'Abbasianis occurrunt Emirorum nomina, illos ad unum omnes in Africâ cusos evidenter demonstrant. Ecce Emiros, quos ego in hisce numis deprehendi indicatos: عمر *'Omar* annis H. 151—154, عمرو *Ámru* a. 155, يزيد *Jesid* aa. 155—173. Hi, obsecro te, quinam sunt, nisi Emiri Afrikiæ (s. Libyæ) provinciæ Chalifarum nomine præfecti? *'Omar* quidem ille est عمر بن حفص *'Omar Ben-Haff*, vulgo هزار مرد dictus, qui a mense 2. a. 151 usque ad m. ult. a. 154 illi provinciæ præfuit, quo anno a Berberis tumultuantibus occisus est. (*a*) Qui dein solo anno 155 in numis conspicitur *Ámru*, in Annalibus, quod sciam, non memoratus, is haud dubie ejusdem provinciæ præses erat interea, dum in peremti 'Omari locum novus præfectus a Manfuro Chalifà submitteretur, qui in proximis numis ipsoque eo, quem præ manibus habemus, conspicitur, *Jesid*, nimirum *filius 'Hatimi*, et ipse, ut 'Omar ante laudatus, de illustri gente Muhallebidarum oriundus: hic a. 155 in Afrikiam pervenit eique præfuit, usque dum Kairowani supremum obiret diem medio mense 9. a. 170. (*b*) Atque sane in numis 'Abbasianis nomen ejus inde ab a. 155, non solum per longam illam annorum seriem, sed etiam ulterius, ad a. nimirum 173 usque apparet, quod quidem non potes non mirari. (*c*) Qui post Jesidum ab Afrikiæ

(*a*) Jekut in Mo'adschem-el-buldan art. *Afrikia*. Ibn-Challekan art. *Jesid Ben-'Hatim*. coll. Abulf. Ann. II, 28. 30.

(*b*) Jekut l. c. Ibn-Chall. l. l. et art. *Rau'h*. Cardonne Geschichte von Africa &c. ûb. v. Murr. I, 120 sqq.

(*c*) Caussam hujus rei in incerto nunc quidem relinquere, quam conjecturis non-

præfectis signati sunt numi, vel ex eâdem 'Abbasiâ prodiere vel ex *Afrikiâ* urbe (quo nomine non aliam quam *Kairowan*, Afrikiæ provinciæ urbem primariam, intelligi puto, utut Ibn-el-Wardy et Bakuwy huic sententiæ adversari videntur). Sunt autem Emirorum روح *Rauh*, نصر *Nafr*, الفضل *el-Fafzl*, هرثمة *Harsema* & *Muhammed*.

Jam igitur in Afrikiâ i. e. Libyâ si 'Abbasiam numorum sitam fuisse necesse est, quo tandem ipso loco quærenda sit, roganti non habere me fateor quæ certa respondeam. In Aegypto quidem superiore situm Jakutus in L. G. laudat pagum العباسيه, cujus tamen hic vel eâ de caussâ ratio nulla habenda, quod præfectis Afrikiæ nihil negotii erat in Aegypto, peculiarium præfectorum curæ subditâ. (*d*) At vero idem Jakutus nonne quam quærimus urbem in ipsâ Afrikiâ nobis monstrat? *Tertia el-Abbasia*, inquit, *urbs est, quam Ibrahim Ben-Aghleb, Afrikiæ Emirus, prope Kairowan construxit:* والعباسية مدينة بناها ابراهيم بن اغلب امير افريقية قرب القيروان Verum enim vero Ibrahim hic Aghlebides Afrikiæ, cujus deinde imperium ad se rapiebat, a.° demum 184 H. ab Haruno Chalifâ præfectus est; (*e*) triginta autem tribus ante eum annis jam 'Abbasiam in numis eorum ipsorum Afrikiæ præfectorum, quorum ille postremus fuit, nobis offerri vidimus. Hanc difficultatem quo

dum satis certis exornare malo. Offeretur nobis locus, ubi in accuratam disceptationem vocanda erit.

(*d*) Multo minus itaque de el-'Abbasiâ eâ, quæ in el-'Hauf s. parte Aegypti inferioris Orientali sita apud Eutychium (Annal. II, p. 494. l. 1.) legitur, cogitare licet. Primo enim tenendum est, العباسية *el-'Abbasia* ibi perperam scriptum esse pro العباسة *el-'Abbasa*. Illo quidem modo (العباسية) hujus oppidi nomen etiam in Kamuso et Append. geogr. Tarichi Karamany exaratum deprehendo, العباسة *el-'Abbasa* contra non solum Abu'l-feda (Aeg. ed. Michael. p. 13) auctor hac in caussâ idoneus habet, sed etiam scribendum Jakutus disertis verbis docet. Secundo autem 'Abbasam hanc, utpote exeunte tandem II. sæculo tertio natam, vel temporum ratio non patitur admitti.

(*e*) Abulf. Annal. II, 78.

tollam, nunc quidem non habeo, nisi ut statuam, verbum بنا l. c. sensu eo, quo etiam, ut in linguis Ebraicâ & Syriacâ, ita in Arabicâ passim venit, accipiendum esse, scilicet ut *restauratam* vel *munitam* urbem indicet. (*f*) Et quid? si hæc 'Abbasia eadem est cum *Arce Kairowani* قصر قيروان, quam Jakutus magnam urbem prædicat a dicto Ibrahimo quatuor mill. Arab. a Kairowan a. 184 conditam? (*g*) Spero, futurum, ut virorum doctorum aliquis, qui hanc commentatiunculam censebit, veriora me edoceat. Interim non abs re erit, numos aliquot ab Emiris Afrikiæ provinciæ partim in hac 'Abbasiâ partim in Afrikiâ urbe cusos, quales fieri non poterat quin in Museis Europæ meridionalis, ut Borgiano & Naniano, frequentes adfuerint, et quos qui edebant, haud suspicabantur præfectorum Afrikiæ provinciæ esse, ad suos auctores suamque in patriam restituere.

Jesidi quidem supra memorati frequentissimi exstant numi jam editi, veluti Borg. I, N°. VIII in el-'Abbasiâ a. 169 (non 167) cusus, Nan. I, N°. XI ib. a. 171 cus. (rar. & notab.), Nan. II, N°. LVIII ib. a. 161 cus. & plures alii in Tab. I. Nanianâ ære expressi.

Rauho (روح), fratri Jesidi, tribuendus Borg. I, N°. IX. cus. in el-'Abbasiâ h. d. a. 172. Ejusdem esse videntur Nan. I, N°. XII (a. 173) & XIII, nec non Nan. II, N°. LXII (coll. Borgiano modo laudato). Etiam Adlerianus II, N°. XII (el-'Abbasia a. 171?) eidem Emiro attribuendus erit. Ejusdem quin Pflugianus

(*f*) Hujus usus exempla si requiras, adi Elmac. 61. 158. Vit. Salad. 244. med. Aegypt. auct. Ibn-el-Wardy, 13. Abulf. Ann I, 456. cj. Syr. 86. Vit. Tim. II, 456. cf. Arnoldi ad Bar-Hebr. p. 15. Michaelis in Suppl. p. 190. et all.

(*g*) Quod 'Abbasia ab Abu'l-feda in Geogr. plane non memoratur, jam opinionem excitat, ei urbi alterum insuper nomen fuisse. Vehementer autem doleo, mihi per sex ipsos annos diligentissime quærenti & circumspicienti Historiam Regum Mauritan. a b. Dombay versam, quo in libro et 'Abbasiæ urbis mentionem factam suspicor, etiam nunc deesse.

cus. h. d. in Afrikià a. 171, in quo explanando & definiundo olim periclitabar, (*h*) sit, jam nullus dubito. Quod منصور legendum mihi videbatur nomen in A. II. obvium, nunc mihi certum est, هرون *Harun* transscribendum esse. (*i*)

El-Fafzlo (الفضل) filio Rauhi vindicandi sunt Borg. II, N°. XIII in el-'Abbasià a. 177, et Nan. I, N°. IX in Afrikià cusus.

Harsemæ (هرثمة بن اعين) sunt Borg. I, N°. V. h. d. in Afrikià a. 180 cusus, Nan. I, N°. III. (quo quidem admisso, a. 100 esse non potest.) (Nan. I, N°. XXXI.)

Muhammedi Ákkano (محمد العكى) filio Mukabili (بن مقابل) tribuendus Nan. I, N°. IV. qui in Afrikià a. 180 cusus esse videtur. (*k*)

Ut, quam de his quidem numis posui, sententiam diligenter probandi, ita alios id genus numos, et ipsos ab interpretibus non recte intellectos, indigitandi et illustrandi alius aliquando offeretur locus. Jam ad recensendos, quos instituimus, numos revertamur.

MUHAMMED MEHDY,
heres Chalifatùs designatus.

15.

ex Mus Nejelowiano.
(v. Tab. XIX, 15.)

Rar. & notab. cus. بارمينية سنة اثنتين وخمسين ومية *in Arminiá anno centesimo quinquagesimo secundo.* (a. 152 = 769.)

(*h*) Beiträge zur Muhammed. Münzkunde p. 6.

(*i*) In eàdem cum Pflugiano caussà versatur numus Tychsenianus (v. Introd. p. 65. Tab. I, N°. VI.) non diversus nisi anno, qui tamen vix 155 esse potest. Vellem hunc numum a ven. Hartmanno Rostochiensi, cujus curæ nunc Numophylacium Tychsenianum commissum est, accurate examinari.

(*k*) Ad hunc eundem Emirum scito etiam referendum esse numum Marsdenii P. I, N°. XLVII, ubi interpres pro العكى *el-'Akky* perperam legit النصر *en-Nafr.* Numus is itaque anni 182 vel 181 est, non autem a. 192.

Ex اثنين, quod hic numus legibus linguae consentaneum habet, cape exemplum modi, quo haec vox, nonnunquam, praesertim ubi اثنين scripta est, cum ثلثين confusa, kufice exarari solet, coll. iis, quae in Novis Symbolis p. 8 sq. hoc super argumento disseruimus. Ad بارمينية annotare juvabit, litteras ينية hic, ut in imagine aere expressâ, ita in ipso numo a litterae س s figurâ apice uno altius producto non distinctas esse.

A. II. مما امر به || المهدى محمد || بن امير المومنين Est ex iis (numis), *quos* (cudi) *jussit* ‖ *el-Mehdy Muhammed* ‖ *filius Emiri Fidelium.*

De urbe, quae hic nomine *Arminiae* indicetur, dictum in Beiträge p. 40 sqq. Ibidem etiam p. 41. not. docueram nomen, quod in numo *Arrani* i. e. Berda'ae (*l*) cuso, ut hic, in supremae Partis anticae ipso Margine super ضرب cernitur, بكير *Bekir* legendum esse; attamen et numi illius Hallenbergiani imaginem aere expressam et hunc ipsum Nejelowianum accuratius inspiciens, haud scio an potius بكار *Bekkar*, quod Arabibus neutiquam insolitum est, nomen hujus praefecti Armeniae scribendum sit.

MU'HAMMED MEHDY CHALIFA.

16.

e Mus. Zosimano Mosquae.

Aer. rar. notab. cus. بالبصرة سنة اربع وستين (وسبعين aut ومية) *in el-Basrá anno centesimo sexagesimo (?) quarto.* (164=780,1.)

In supr. A. II. محمد *Muhammed,* in eâdem inf. بن اسحق *filius Ishaki*, quem Basrae fortasse praefectum in Annalibus Muhammed. invenire nondum contigit. In M. restant: مما امر به الامـ ::::: Ceterum cf. numus Mus. Mediol. apud ill. Castiglioni N°. XXIX, pag. 24.

(*l*) Male Marsden l. c. in numo notabili LIV. اران *Arran* cum حران *'Harran* notâ illâ Mesopotamiae urbe confudit.

MUSA HADI,

aut

HARUN RASCHID.

17.

ex Mus. Nejclow. (*m*)

(v. Tab. XIX, 17.)

Cus. بالعباسية سنة سبعين ومية *in el-Åbbasiá anno centesimo septuagesimo.* (a. 170 = 786,7.)

In A. II. supr. ع, infra autem يزيد *Jesid* est, de quo Libyæ præfecto redi ad N. 14. Nomen ejus hic multo distinctius.

HARUN RASCHID.

18.

ex Mus. Universitatis Imp. Dorpatensis. (*n*)

Rar. et notab. cus. بالمحمدية سنة سبعين ومية *in el-Muhammedíá* (i. e. Rey) *anno centesimo septuagesimo.* (a. 170 = 786,7.)

A. II. محمد رسول || الله صلى الله || عليه وسلم || الخليفة الرشيد *Muhammed est apostolus || Dei. Deus propitius sit || ei & salutem præstet! || Chalifa er-Raschid.*

In hac A. II. supremâ est مبا, in eàd. inf. رك, (vid. Tab. XX, 18.) quod compositum مبارك *Mubarek* aut pro nomine proprio hominis, monetarii fortasse præfective urbis, habere licet; مبارك enim articulo sive auctum sive destitutum, Arabibus tanquam nomen frequentatur; (*o*) aut pro fausti ominis signo habendum vertendumque: *felix faustumque sit!* quo utique sensu idem مبارك Arabi-

(*m*) Hujus numi alterum exemplum in Mus. Asiat. Petrop. asservatur.

(*n*) Etiam hujus numi exemplum Museo As. Petr. nunc accessit.

(*o*) De el-Mubarek Ibrahim filio Mehdyi, fratre Haruni, qui deinceps a. 201, quum Mamun 'Alyum Rifzam Chalifatûs successorem nuncupasset, ab 'Abbasidis id factum indignantibus, abrogato Mamuno, Chalifa Baghdadi creatus est (v. Ibn-Challekan in vit. Ibrahimi dicti, Abu'l-faradsch Hist. Dyn. p. 241. Abulf. Ann. II, 116.), cogitare non licet, quum illo eum titulo المبارك antea jam auctum esse nec constet nec probabile sit.

bus all. (cf. Vit. Salad. 11. 65. & Meninsk.) adhibetur. Posteriorem rationem ubi sequutus fueris, similes cum eà compone formulas aliis in numis obvias, veluti بركة الله *favor & auxilium Dei!* in antiquissimis Arabum typo Chosroico cusis (p), بركة لموسى *bene sit Musæ!* in Hadii, & بركة لهرون *bene sit Haruno!* in Haruni numis nonnullis, (q) قوتلوغ بولسون *quod bene vertat!* in Tataricis, et quæ id genus alia sunt. (r) Nec ipsum سكه مبارك in Baburidarum numis obvium sperne.

19.

ex Mus. Nejelowiano. (s)

Notab. cus. بالعباسية سنة احدى وسبعين ومية *in el-Àbbasiâ anno centesimo septuagesimo primo.* (a. 171 = 787,8.)

In supr. A. II. ع, in ead. inf. يزيد *Jesid*, distincte. Cf. Nan. I, N°. VII & VIII. (Moell. de numis OO. I, N°. 8. ?) et redi ad numorum nostrorum 14um.

20.

ex Mus. Univers. Imp. Dorpatensis.
(v. Tab. XX, 20.)

Numus rarissimus & notabilissimus, cusus بمدينة ابرشهر سنة ثلث وتسعين ومية *in Abreschehr anno centesimo nonagesimo tertio.* (a. H. 193 = Ch. 808,9.)

Noto artificem in hujus numi signo incidendo primum وسعين sculpsisse, deinde autem, animadverso errore, ʹ i. e. ; ab initio addidisse videri. Chalcographus satis bene imitatus est.

(p) Takieddin Almakrizi Tract. de legal. Arab. pond. ed. Tychsen p. 37.

(q) Vocabulum بركة, quod etiam in quatuor numis Marsdenianis (P. I, NN. XXII. XXVII. XXX. XXXIII) sese offert, video nuspiam recte lectum ab interprete esse; nam modo مهلى, modo مرده vel هرده, modo برده, modo ملى transscripsit!

(r) v. quæ hoc super argumento dicta sunt in Beiträgen zur Muh. Münzk. p. 6.

(s) Etiam in Mus. As. Petrop. hujus adest exemplum.

A. II. supremo loco vocabulum ab initio oblitteratum conspiciendum præbet, infimo autem loco نصر بن سعد *Nafr Ben-Sa'ad.*

Observandum præ ceteris est nomen urbis, in quâ hic numus signatum se profitetur, ابرشهر *Abreschehr.* Ita pronuntiandum disertis verbis Jakut in Lex. geogr. docet hoc ipso articulo: ابرشهر بالفتح ثم السكون وفتح الراء والشين المعجمة معا وسكون الهاء والراء Citat ibidem auctorem الكسرى, quem ignoro quis fuerit, (*t*) tradentem scribendum esse *s* loco *sch* (igitur *Abresehr*), additque: وهو الغريب والاصل الاعجام لان شهر بالفارسية هو البلد وابر اغيم *sed prius* (sc. puto leg. والاول هو) *veritati propius; origo enim vocabuli barbarica* (Persica) *est, siquidem schehr in linguâ Persicâ urbem, ebr autem nubem* (l. غيم) *denotat.* In narratiunculâ, quam mox ex eodem auctore tradit, ابرشهر *Abreschehr* eandem atque *Nisabur* esse dicitur — ابرشهر وهى نيسابور. Et in disticho, quod deinde ex Elegiâ Bohteryi (in textu البحرى male pro البحترى est) in mortem Emiri Tahir Ben-Abd-ullah, in Nisabur sepulti, citat, nomine *Abreschehr* appellatur urbs, ubi ejus sepulchrum exstabat. In fine denique ejusdem articuli Jakutus annotat, esse, qui pro ابرشهر *Abreschehr* per aphæresin dicant scribantve برشهر *Berschehr*, cui et ipsi fidem addito poëtæ alicujus versu facit. Hoc eodem modo scriptum posuit in peculiari articulo برشهر, ubi repetit inculcatque, nomen id esse urbis Nisabur: برشهر الهاء ساكنة والراء اسم مدينة نيسابور بخراسان وهى ابرشهر Tertio etiam loco (art. نيسابور) Jakut *Abreschehr* unum de nominibus *Nisaburi* esse denuo dicit: ومن اسماء نيسابور ابرشهر In eandem sententiam cum Burhan-kati' (ed. Constantinop. p. 61) ابرشهر فتح بابله نيسابور شهرينك نام قديميدر اول شهر ناحيه‌سنك فيروزه معدنى واردر *Aberschehr est vetus nomen urbis Nisabur. In vicinià hujus urbis fodina Turcoidis gemmæ est,* et Ferheng-schüuri I, fol. 104 recto: ابرشهر ولايت نيشابورك اسم قديمى اولدوغنى مجمع الفرسنك مسطوردر *Abreschehr pro-*

(*t*) Num forte الكساى?

vinciæ Nischaburensis vetus nomen esse, in Pandectis Persarum (u) *memoriæ proditum exstat;* tum Golii et Castelli Diction. Persico - Latinum: „ابرشهر *Abreschehr* nomen antiquum et proprium urbis *Nisabur,*" et Herbelot in Bibl. Or. „*Aberscheher,* ancien nom Persien de la ville de *Nischiabour* &c. Elle fut ainsi appellée à cause de sa situation élevée" &c. (v) Veterem urbem *Nisabur* illo nomine *Abreschehr* affectam fuisse, locus etiam Eutychii cum Mirchonde comparatus ostendere videtur; nimirum, quæ in narratione de Kobadi, filii Firusi, amoribus ille (z) prope *Abresehr* (sic juxta orthographiam alteram supra adductam exaratum nomen est), hic (a) prope *Nisaburum* accidisse refert."

Herbelot art. *Nischiabour* tradit, urbem *Nischabur* a Schabur su'l - aktaf conditam esse prope ruinas veteris urbis *Aberscheher* dictæ. Atque sane hanc posteriorem diversam a Nisabur urbem fuisse, sed, quo tempore Chorasan ab Arabibus expugnabatur, adhuc florentem, statuendum foret, si recte haberet Tarich es-Sali'hy (تاريخ الصالحى) ad a. 27. inter expugnatas 'Osmano Chalifâ urbes Chorasani commemorans: نيسابور وهراة وبوسنج (sic) وطوس وابرشهر ومرو الروذ *Nisabur, Herat, Buschendsch, Tus, Abreschehr, et Merw-er-rud.* In loco parallelo apud Ibn-el-'Amid (Elmacin.) p. 32. pro ابرشهر *Abreschehr* exstat quidem ابريم *Abrim,* quod Koehler (Repert. XIV, 67) in ابيورد *Abiward* mutandum esse suspicatus est. Sed patet, id ex ابرشهر multo facilius potuisse corrumpi; atque hoc re verâ scriptum ab Ibn-el-'Amido vel ab ipso Tabery esse puto. Neque tamen id me compellere videtur

(u) Num forte idem liber atque كتاب الفرس ab Abulf. in Geogr. passim citatus?

(v) Scil. ابر *eber* Persis *supra* est. — Recte autem Schultens ad Herb. annotavit, passim in libris ابرشهر scriptum offerri. Atque sane in ipso articulo ابرشهر apud Jakutum bis ابرشهر male exaratum invenio.

(z) Annal. T. II, p. 126 & 129.

(a) apud S. de Sacy in Mémoires sur divers. Antiq. de la Perse p. 352.

ad concludendum, duas diversas urbes, simul quidem florentes, fuisse Abreschehr et Nisabur. Mallem potius existimare, hos quidem auctores Arabicos gemino hoc urbis Nisabur nomine, altero veteri Abreschehr (quod forte a primo conditore, quem Tahmuras fuisse volunt, inditum erat), altero recentiori Nischapur, (quod ab restauratore, quem Schapur su'l-aktaf esse perhibent, accepit (*b*)) inductos eum in errorem esse, ut duarum diversarum urbium esse crederent; idque eo facilius fieri potuisse nemo negabit, qui reputaverit, veteris etiam nominis, novo introducto, usum, etsi in desuetudinem abiret, tamen non plane cessasse, teste numo nostro exeunte sæc. II. secundo in ابرشهر *Abreschehr* cuso, dum alii eodem sæc. paucis post annis cusi nomen نيسابور *Nisabur* præ se ferant. Ejusdem documentum haud scio an praebeat etiam Geographia Armeniaca Mosi Chorenensi vulgo, sed male, attributa, inter districtus urbesve, quæ provincià Arià comprehendebantur, etiam *Apersariam* (*c*) seu *Abrschahr* (*d*) commemorans, nomine Nisaburi non posito, quamquam nec hoc Armenis ignotum erat. (*e*).

Verum enim vero quæ hactenus ad probandum, Nisaburum vel certe veterem ejus urbem olim vocabulo *Abreschehr* nuncupatam esse, disputavimus, ecquid labefactantur suspectumque hoc vocabulum redditur ab ايرانشهر *Iranschehr*, quo et ipso veteri nomine Nisaburum affectum fuisse non unus autor refert? *Iranschehr* quidem juxta Abu'r Rihanum (apud Jakut. in Lex. geogr.) nomen erat, quo proprie provinciæ Irak, Fars, Dschebal & Chorasan comprehendebantur: ايرانشهر هى بلاد العراق وفارس والجبال وخراسان

(*b*) Scil. نه شابور *Nih Schapur* i. e. *urbs Schapuri.*

(*c*) in Mosis Chor. Hist. Arm. edd. G. & G. G. Whiston. p. 365.

(*d*) in St. Martin Mémoires sur l'Arménie, II, 373. 393. quo postremo loco cel. auctor illud nomen *Abrschahr* quid sibi velit, in medio reliquit. Cf. autem Wahl Vorder- u. Mittel-Asien I, 564.

(*e*) v. St. Martin l. c. II, 121. 439.

جمعها كلها هذا الاسم. Quà cum sententià cf. quæ Mirchond apud Hyde de rel. vett. Pers. p. 427 (ed. 2.), Masudy apud S. de Sacy in Not. et Extr. VIII, p. 148 et Dimeschky in نخبة الدهر p. 43 habent. Sed alio usu ad solam urbem Nisabur restringebatur. Sic Belasory, vetus autor apud Jakutum (art. خراسان) : خراسان اربعة اربع فالربع الاول ايران شهر وهو نيسابور وقهستان والطبسين وهراة الخ *Chorasan quatuor constat partibus, quarum prima comprehendit Iranschehr, quæ eadem atque Nisabur est, Kohistan, utramque Tabes, Herat &c.* Necnon Burhan-kati' (ed. Kalckut.) ايران شهر (بر وزن ويران شهر) نام اول نيشاپور است *Iranschehr — primum et antiquum nomen Nischapuri est;* et Ferheng-schüuri I, 136 verso: ايران شهر نيشابورك اصل اديدور *Iranschehr originale nomen Nischaburi est;* et Katib Tschelebi in Dschihan-numa p. 321: معين الدين ابدر سلك بوكا ايران شهرى ديرلاردى Muin-ed-din *refert, hanc* (urbem Nisabur) *olim Iranschehr vocatam fuisse.* (*f*) Addatur Hyde l. c. Hæc legens quis non adducatur ad suspicandum, hoc nomen unum idemque esse cum ابرشهر *Abreschehr?* Eamque suspicionem facile auxerit, quæ hujus quidem orthographia apud Jakutum (art. Chorasan) loco mox laudando offertur, ابرنشهر. Nam hæc, kufice ابرسهر expressa, uno neglecto apice sane quam facile in ابرسهر transire et *Abreschehr* proferri potuisset. Quid? quod in ipso eo ابرشهر, quod supra p. 45 in not. *v* indicavimus, illius ابرنشهر *Iranschehr* vestigium residuum adesse videatur. Neque tamen rem ita se habere censeo. Utut enim statuere liceat, in libris manuscriptis apicem illum unum facile a festinante calamo corripi et intercidere potuisse, indeque decursu temporis a serioribus scriptoribus *Abreschehr* male receptum esse, obstat tamen, quominus hanc amplectaris opinionem, numus noster, in quo tres tantum apices adsunt ابرسهر distincte expressi; ejusmodi autem antiquæ memoriæ monumento fidem negare, nemo facile ausit. Accedit, quod non unicum est; nam in aliis etiam duobus hoc idem

(*f*) Apud Witsen in Noord en Oost Tartarye p. 333 (ed. 2) male legitur: Muni Eldin *wil dat deze plaets, te vooren, Iran wierd geheten.*

nomen deprehendisse mihi videor. Scilicet b. Tychsenius, ut ex ejus litteris novi, in manibus habuit duos numos, unum a. 192, alterum eodem quo Dorpatensis anno, cusos, in quibus ille quidem nomen urbis مدينة ابن سهل *medinet-Ibn-Sahl* legere sibi visus est. At *Urbs Filii Sahli* ubinam, quæso, locorum quærenda? Nec exstitit nec exstat. Optimum Tychsenium, quod mecum مدينة ابرشهر *urbs Abreschehr* transscribendum erat, male مدينة ابن سهل *urbs Ibn-Sahli* transscripsisse, nullus dubito. Facile hæc quidem cum illis permisceri poterant; tantum inter ea kufice exarata intercedit similitudinis. (*g*) Trium igitur monumentorum fide, libros supra citatos ut taceam, hæc orthographia nititur. Adde, quod Jakut (art. Nisabur) disertis verbis dicit: ومن اسماء نيسابور ابرشهر وبعضهم يقول ايرنشهر والصحيح ان ايران شهر هى (هو) ما بين جيحون الى الفارسية (الفارس؟) *Ex nominibus Nisaburi etiam Abreschehr est. Sunt, qui Iranschehr dicant. At si verum quærimus, Iranschehr denotat quidquid regionum inter Oxum et Fars* (sic legendum videtur) *patet.* Non igitur dubitandum est, quin ابرشهر *Abreschehr* et ايرانشهر *Iranschehr* duo diversa nomina sint, quæ uni eidemque urbi, puta Nisaburo, debeantur. (*) Posterius quidem ei inditum esse videtur, quatenus inde a Schapuro sedes regia Sasanidarum in Chorasanâ erat. (*h*) Ceterum mirari subit, horum Nisaburi nominum veterum neque in libro the Oriental Geography &c. inscripto neque in Abu'l-fedæ Tabb. geogr. reperiri. Jam pergamus ad ea, quæ in numo, quem nunc maxime tractamus, perlustranda restant.

Quod in ejus A. II. supremâ conspicitur vocabulum ab initio oblitteratum, si in imagine quidem ære expressâ spectes, الور. vel النور. præ se ferre videtur, at in numo ipso prius etiam ا vel ل

(*g*) Cf. سهرفنك habitum pro سهل فنك, infra ad N. 24.

(*) Nunc video ill. Hammerum *Iranschehr* habere pro *Dameghan* urbe. Adi Wien. Jahrb. d. Litt. Tom. IX, p. 29 sq. Verum enim vero Kaswiny, ad quem vir doctissimus provocat, Iranschehr in Tabristan sitam esse neutiquam dicit nec in textu Arabico nec in ejus versione Persicâ.

(*h*) Dschih. numa p. 321 supr.

prorsus non cognoscitur. Inde factum, ut nonnunquam suspicarer, nomen نيسابور hic latere. Quà in conjecturà ne quis forte offendat, observare juvabit, mihi aliis etiam in numis simile quid oblatum esse. Sic in numi a. 169 in هرون اباد *Harun-abad* cusi supremà A. II. deprehendi, quod ارمينية *Arminia* legendum videtur; in n. a. 282 in *esch-Schasch* cusi infimà A. I. سكس exstat, quod بنكث *Binkes* legeris; in n. a. 292 in *Balch* cusi A. II. imà cernitur, quod et ipsum pro بلخ *Balch* habueris; et in n. a. 162 بمدينة جى *in urbe Dschey* cusi infimà A. II. adest, quod parum abest ut et ipsum جى *Dschey* legendum credam. In quibus exemplis intelligens habebit, quod cum animo suo ad caussam nostram trahat.

Qui in eàdem A. II. infimà numi, quo occupamur, laudatur *Nafr filius Sa'adi*, fueritne urbis Nisabur præfectus an monetarius, me præterit.

Annus denique, quem numus hic gerit, Chalifatùs Haruni extremus simul et Amini primus est, ut, utri tribuendus numus sit, dubitationem habeat. Ad Harunum referre eum malui propterea, quod et Chalifæ regnantis nomine destitutus et in Chorasanà cusus est.

MUHAMMED AMIN,

heres Chalifatùs designatus.

. 21.

ex Mus. Zosimano Mosquæ.

Notab. c. بمدينة السلام سنة اربع وثمنين ومية *in Urbe salutis* (i) (s. Baghdadi) *anno centesimo octogesimo quarto.* (184 = 800.)

(i) v. me ad Ibn-Fofzlan's u. anderer Araber Berichte üb. die Russen p. 85. — Nomen autem مدينة السلام *Medinet-es-salam*, quod in numis Kuficis longe frequentissimum et in vulgus pervulgatum est, sæpe veritus sum, ne hospites in palæstrà Kuficà legere sibi visi sint in iis etiam numis, qui non eà in urbe, sed بقصر السلام in *Kafr-es-salam* s. *Arce salutis*, conditâ ab Haruno in urbe Rakkâ, cusi sunt, et quorum unus certe a Mehdy cusus a.

A. II. محمد رسول الله ‖ ما امر به الامير الامين ‖ محمد بن امير المومنين ‖ جعفر *Muh. est ap. D.* ‖ (Hic numus est) *ex iis*, *quos* (cudi) *jussit Emirus el-Amin* ‖ *Muhammed filius Emiri Fidelium.* ‖ *Dschaʿfar.*

22.

ex Museo Pflugiano.
(v. Tab. XX, 22.)

Rarissim. & notabilissimus, cus. بارمينية سنة تسع وثمنين (sic) *in Arminiâ anno centesimo octogesimo nono.* (a. H. 189 = Ch. 806.)

A. II. د ‖ خزيمة بن حازم ‖ محمد رسول ‖ الله الامين ولى ‖ عهد المسلمين ‖ نصر بن خزيمة *Choseima Ben-Hasim.* ‖ *Muh. est ap.* ‖ *Dei. El-Amin Procurator* ‖ *Foederis Muslimorum.* ‖ *Nasr* (vel *Boschr*) *Ben-Choseima.*

Scriptura Kufica in hoc numo obvia nescio quid insoliti redolet, quod contemplantis oculos non potest non advertere. Sufficiat nominatim indicasse vocabula الامين et ولى

Videmus hunc numum, Haruno Chalifatum tenente, nomine Amini, ejus filii et successoris designati, in Armeniae urbe capitali Dowin (Debil) cusum, quamquam Armenia cum provinciis vicinis Kasimo, (القسم s. القاسم المؤتمن), tertio Haruni filio et post fratres Aminum et

---

167 nuper me curante Museo Asiatico accessit. Acciditne tale quid Maradenio in numo et ipso Mehdyano anni 168 (an 162?) (P. I, N°. XXXI.), quem editor quidem بمدينة السلام *in medinet-es-salam* signatum esse vult, sed imaginem ejus aere expressam quisquis intuitus fuerit, potius بقصر السلام *in Kafr-es-salam* cusum esse dixerit? Etiam Tabula numorum Kuficorum a b. Tychsenio, tunc adhuc tirone, sculpta et explicata in Kritische Sammlungen Tom. III, p. 698. numum ab Haruno a. 179 cusum بمدينة سلام conspiciendum praebet. Hoc quidem ibi etiam بمدينة السلام transscriptum est, sed quidni auspiceris in hoc etiam بقصر السلام latere?

Mamunum futuro Chalifatûs heredi designato, a. 186 a patre attributa illique tandem a. 194 ab Amino ademta erat. (*k*)

Choseima autem *filius Hasimi*, qui in supr. A. II. cernitur, idem est atque ille, a quo Dscha'farum filium Musæ Hadii adhuc infantem, patre mortuo, de jure suo succedendi in Chalifatum cedere minis coactum esse refert Abu'l-faradsch. (*l*) Addit idem auctor, Choseimam eâ re magnam apud Harunum iniisse gratiam. Atque numus noster cum in Armeniæ præfecturâ administrandâ adjunctum fuisse Kasimo Harunidæ, vel hujus nomine huic provinciæ ipsum præfuisse docet. Hoc posterius ut statuas, suadet Ibn-el-Asir, ex quo cel. St. Martin (*m*) tradit, a. Chr. 788 (= H. 171, 2) Obeid-ullahum, fratrem Haruni (?), Armeniæ præfuisse, (*n*) et huic deinde *Choseimam filium Hasimi Temimy* suffectum esse, qui, postquam Armeniæ quindecim annos præfuisset, a. Ch. 818 (= a. H. 202, 3) diem supremum obierit. Anno igitur uno vel altero ante cusum hunc numum nostrum Armeniæ præfectus est. (*o*)

Notatu dignum id quoque est, quod hic, præter hujus præfecti nomen, alterum etiam, forte rei monetariæ præfecti, offeratur in eâdem A. II. infimâ, quod haud dubie filium illius indicat. Id autem tam بشر *Boschr*, quam نسر *Nasr* legere licet. Utrum verius sit, in medio relinquo. (*p*)

(*k*) Elmac. p. 115. (coll. Abulf. Ann. II, not. 94.) Lubb-Tarich p. 55. Adleri Mus. Cuf. Borg. II, p. 33.

(*l*) Hist. Dyn. p. 231.

(*m*) Mémoires sur l'Arménie. I, 343. 417.

(*n*) Et hujus ipsius nomine insignitus numus exstat cusus in Arminiâ a. 178.

(*o*) Adsunt mihi alii quoque numi hujus *Choseimæ* nomen gerentes, veluti aa. 188. 190. 191. cusi in *Arran* (s. Berda'a). — Tychsenius pie defunctus olim mihi perscribebat, in Museo Adleri Berolinensis adesse numum a. 169 cusum in رفه (uno vero الرقة debebat esse), in quo nomina هرثمة بن حازم *'Harsema Ben-'Hazim* legantur. Mihi vero non est dubium, quin in eo quoque, ut in Pflugiano, legenda sint خزيمة بن حازم *Choseima Ben-Hasim*.

(*p*) Posterior lectio نسر si verior est, vide num forte is idem sit cum נצר seu.

'ABD-ULLAH MAMUN.

23.

ex Mus. Nejelow.

Notab. cus. بمدينة السلام سنة ثمان وتسعين ومية *in Urbe salutis anno centesimo nonagesimo octavo.* (a. 198 = 873, 4.)

In supr. A. II. لله *Deo* scil. celebrando, seu: quod Deo celebrando sit; vel etiam i. q. D. O. M. s. Deo Sacrum. Vide sis, quæ de hoc لله disseruimus in Beiträge &c. p. 22 sqq. et in recensione libri „Monete Cufiche del Museo di Milano" in Ergänz. Blätt. zur Jen. Allg. Litt. Zeit. 1822. N°. 55. — In ead. inf. ذو الرياستين propr. *possessor duorum principatuum* s. *præses utriusque regiminis*, quo titulo Abu'l-'Abbas el-Fafzl Ben-Sahl a Mamuno ornatum esse constat, quia illi mandaverat رياسة الحرب والقلم *principatum belli et calami*, ut Abu'l-fedæ, seu الوزارة والسيف *Wesiratum et gladium*, ut Ibn-Challekani explicatione utar, i. e. quia eum tam summæ rei bellicæ administratorem, quam imperii Cancellarium supremum constituerat. (q)

'ALY-RISZA,

Chalifatûs successor designatus.

24.

ex Mus. Nejelowiano.

(v. Tab. XIX, 24.)

N. rarissimus et notabilissimus, quem rei gestæ in Islamismi Annalibus gravissimæ testem publicum dicere fas est, cusus بالمحمدية سنة ثلث ومايتين *in el-Muhammediâ*, (i. e. in er-Rey) *anno ducentesimo tertio.* (a. H. 203 = a. Ch. 818, 9.)

נאצר illo, quem Abu'l-faradsch ad aa. Chr. 810 & 812 (= H. 195. sqq.) novas res in Armeniâ movisse narrat. v. Chronic. Syr. p. 141 sq.

(q) Mu'hammed Ben-Kasim Amasy in Raufz-el-Achjar fol. 41 verso duobus his principatibus intelligi vult الوزارة وامارة العراقين *Wesiratum et utriusque 'Iraki Emiratum;* male, ut jam Reiske ad Abulf. Ann. II, not. 105 observavit.

A. II.	لله	*Deo* (Sacrum.)
	محمد رسول الله	*Muhammed apostolus Dei est.*
	المامون خليفة الله	*El-Mamun Chalifa* (s. Vicarius) *Dei.*
	مما امر به الامير الرضا	(Hic numus est) *ex iis, quos* (cudi) *jussit Emirus er - Rifza,*
	ولى عهد المسلمين على بن موسى	*Procurator Foederis Muslimorum* (s. successor Chalifatûs designatus), *Aly filius Musæ,*
	من على بن ابى طالب	*unus e posteris* (s) *Alyi filii Abi-Talibi.*
	ذو الرياستين	*Possessor duorum Principatuum.*
	(r) م	*M.*

Qui hic post Mamunum nominatur 'Aly Rifza, ipse ille duodecim Imamorum 'Alidicorum octavus est, quem Mamunus, impulsore Fafzlo Ben - Sahl, qui ipse Schiita erat (كان يتشيع, Ibn - Challekan annotat), Chalifatûs successorem a. H. 202 (juxta Ibn - Chall.) vel mense nono a. 201 (juxta Mu'hammedem Ben-'Aly 'Hamatenum in Chronico Manfurico et Abu'l - fedam) declaraverat, de quà re gestà multi multa. Mamunum ejus nomen, qui honor imperii successoribus designatis haberi solebat, in numis poni jussisse, ut hic vidimus, ita rerum Mu'hammedanarum auctores silentio non præterierunt. (t) Exstant autem præter hunc Nejelowia-

(r) Moneo, a chalcographo peccatum in eo esse, quod caput litteræ و τῦ للمامون non, ut debebat, rotundum depinxit, nec litteram ة vocabuli خليفة, quae in ipso numo paullum læsa, nec بن ante موسى satis bene expressit.

(s) بن *filius* hic idem valet atque Græcorum ἔκγονος, id quod non advertisse videtur vir doctus in (Hall.) Allg. Litt. Zeit. 1820 N°. 286. Multi enim majores Musam inter et 'Alyum Ben-Abi-'Talib intercesserunt. Notum autem est, Arabes passim membrum unum vel plura in genealogiis silentio transmittere solere, brevitatis studio.

(t) Sic e. c. Ibn-Challekan: وضرب اسمه على الدينار والدرهم, et Emir Mustafa: وضرب السكة باسمه

num duo alii numi hujus 'Alidæ honori a Mamuno dati, alter, qui Musei Duc. Gothani est, a. 202 *Samarkandi* (*u*) cusus, alter, qui in Mus. As. Petropol. asservatur, *in urbe Ispahan* cusus a. اربع ..., qui non potest non esse annus 204. (*v*) Ad tollendam difficultatem, quæ ex hac posteriore anni notâ oritur, quatenus a. 203 periisse ille 'Aly Rifza dicitur, non esse videtur, quod exitimes Partem numi posticam veteri typo, quemadmodum pluribus aliis numis accidit, signatam esse. Video nempe de tempore mortis 'Alyi Rifzæ, neutiquam inter se consentire auctores. Ibn-Challekan quidem (fol. m. 246) in vitâ ejus ad extremum mensem 2^{um} a. H. 202 refert, sed omnes reliqui, quos evolvi, ad a. 203, et quidem alii, ut Ibn-el-'Amid (p. 134) et Emir Muftafa, (*z*) non additâ mensis notatione, alii autem hujus anni et ipsum mensem, quo mortuus est, nominatim indicant, sed denuo non uno omnes modo: scil. alii ut Mu'hammed Hamawy l. c., Abu'l-faradsch (ar. p. 244), Abu'l-feda (II, 118), Ibn-es-Sabbagh, (*a*) auctor τϐ Lubb-Tarich (p. 17.), et A'hmed Dimeschky (*b*) mensem 2^{um}, alii teste Lubb-T. mensem 9^{um}, alii denique teste Ibn-Challek., vel mens. 11^{um} vel 12^{um}. Quid? si posteriorum rationum aliquam ceteris præferendam esse putemus, nixi numi Iffahanensis fide? Sane si 'Alides ille mense ultimo a. 203 fato defunctus est, fieri posset, ut numus hic initio a. 204 Iffahani signatus sit, vel nondum eo perlato de morte illius, quæ Tusi acci-

(*u*) Nam vix dubito, quin sic بسمرقند legendum sit pro eo, quod بسهل فنك *bi Sahl-Fanek* („im Gefilde von Fanek") interpretandum visum est viro docto in (Hall.) Allg. Litt. Zeit. l. c. (cf. supr. ad Num. 20. not. *g*.)

(*v*) Me hoc jam olim in Prolusione p. 18 statuentem immerito notavit idem vir doctus l. l., nec recte censuit, numum Petropolitanum ad eundem annum cum Gothano referendum esse. Omnino ille, ut urbe, in quâ cusus est, ita anni notâ ab hoc differt.

(*z*) in Chronico inscripto: تحفة الادبب وهداية الاريب

(*a*) in Historiâ XII Imamorum inscriptâ: الفصول المهمة فى معرفة الائمة

(*b*) in Chronico اخبار الدول واثار الاول

derat, nuntio, vel Schiitis Iffahanensibus blandissimam, in quam adducti erant, spem ulterius trahere etiamsi frustra studentibus.

Jam age, quæ in numo nostro restant, res notatu dignas consideremus et, si potest, explanemus. Primum est, quod Mamunus hic non simpliciter, ut in aliis numis, الخليفة *Chalifa*, sed خليفة الله *Chalifa Dei*, seu Dei in terrâ Vicarius, prædicatur. Eodem modo etiam in numo Tahiridico infra laudando audit. Vide sis, quæ hac de appellatione diximus in Ergänzungs-Blätt. zur J. A. L. Z. 1822 N°. 55. Quibus adde etiam Ibn-el-'Amid. p. 107, nec non Ibn-Challek. in vitâ el-'Hasan Basry, ubi Chalifa Jesid II. et ipse خليفة الله audit, quem استخلفه على عباده, et numum Awghanicum in extremâ hac Commentatione recensendum, ubi formula variata et in خليفة رب العالين mutata est.

Deinde eum, qui post 'Aliden illum in inf. A. II. numi nostri conspicitur ذو الرياستين seu *possessor duorum principatuum*, fratrem puto esse Fasli supra memorati, puta *el-'Hasan Ben-Sahl*, qui post mortem illius a Mamuno ad Wesiratum evectus fuit et eodem illo, quo fratrem gavisum esse vidimus, titulo ornatus fuisse videtur, quamquam de hoc ipsi etiam adhibito honore Annales sileant. (*c*)

Siglum •, quod ذو الرياستين مح subscriptum cernitur, non expedio. Numquid mensem محرم *Muharrem* indicat? (*d*) an vero abbreviatum مبارك (v. supra ad Num. 18. huj. Comment.) est?

In inf. A. I. vocabulum illud se offert, quod me probe exercuit, licet ad hoc usque tempus successu parum prospero. Adi sis Numophyl. Pototianum p. 24 et Beiträge p. 19. 21 sq. Po-

(*c*) Non dissimulabo tamen, hunc 'Hasanum a. 203 melancholiâ correptum ideoque a rerump. administratione remotum esse, teste Tabery apud Ibn-Challek. in vitâ ejus (fol. m. 115.)

(*d*) v. me in Prolusione p. 15.

steriori libello pariter atque Novis Symbolis dictum vocabulum ad varia numorum exemplaria delineatum adjeci. III. Hallenbergius (e) السرو legendum esse et *liberalem* s. *generosum* significare opinatur. Hoc quidem modo legendum mihi et ipsi quondam visum est; (f) id tamen quominus probem, articulus præfixus me impedit. Significatio autem *liberalis* s. *generosi* num مسرو بود conveniat, dubito. سرى talem proprie denotat. Interea igitur tenere lectionem الشرف etiamnunc placet. Hoc autem, quid? si pro مشرف الدولة vel مشرف الدين habeas? Constat, quam ferax formandis ejusmodi titulis usus Arabicus sit, et quam is alterum vocabulum الدين vel الدولة passim omittere, ejusque in vicem prius articulo augere solet. Cf. الشرف , المويد , الوثق , الجلال et similia; et quid? si hunc الشرف diversum habeas ab ذو الرياستين in A. II. obvio? quam posteriorem rationem jam innuimus in Beiträge p. 22. l. 14 sq. Haberet ea quidem, quo se tueretur, numum Musei Reg. Stockholmiensis n. 201 in urbe Serendseh cusum (apud Hallenb. in Numismat. OO. I, 109. II, 78), cujus Aream II. inf. ille ذو الرياستين occupat, alteram autem inf. nomen كلثوم *Kelsum*, quem quidem suspicor esse eundem atque كلثوم بن ثابت *Kelsum Ben-Sabit*, qui paucis post annis, Mamuno adhuc regnante, tabellariis regiis in Chorasanâ præfuit, ut ex Ibn-Challekan in vitâ Tahiri I. (fol. m. 182 verso) et Mirchonde (in Hist. prior. Regum Persar. ed. Jenisch fol. 2. pers.) discimus. Sane non abhorreret a probabilitate, الشرق nostrum simili in caussâ versari, nimirum diversum esse ab illo ذو الرياستين, nisi in diversissimarum provinciarum numis, et in plurimis conjunctum cum posteriore, nobis offerretur. Occurrit nempe in numis Samarkandensibus, Iffahanensibus, Nisaburensibus, Reyensibus &c.

Restat in hoc numo notanda res qualiscunque momenti ad doctrinam numismaticam quidem. Area Partis anticæ altero Mar-

(e) Numismata Oriental. I, p. 108.

(f) Numoph. Potot. l. c. et Prolus. p. 13.

gine aucta est inscriptum gerente versiculum Koranicum illum: *Dei et fuit et erit imperium; jam vero lætentur auxilio divino Fideles.* De tempore, quo numi Kufici hoc augeri cœpti sint additamento, loquutus sum in Beiträge p. 29. Sed ibi nescio quo modo per errorem accidit, ut dixisse videar, id in exteriore Partis adversæ Margine jam a. H. 177 in numo Haruni Heratensi offerri. Error ex loco epistolæ b. Tychsenii, qui ibi a me citatus intercidit, minus recte a me intellecto ortus. Non ea mens erat viri pie defuncti, ut duplicem ad Marg. Areæ I. inscriptionem, quarum exterior versiculum illum modo laudatum continet, ascendere ad a. 177 contenderet; imo vero hoc dicere voluit, hunc versiculum a semet in numo ær. Haruni a. 177, et quidem ad Marg. Partis aversæ primum visum esse; numum autem, qui eundem in altero s. exteriore M. Partis adversæ additum primus gerat, esse ab ipso deprehensum argenteum Mamuni cusum in Medinet-es-salam a. 206. Ad illum autem numum æreum Tychsenianum facere non possum quin moneam, æreos tum in P. II. Margine plerumque inscriptionem a formulâ مما امر به incipientem gerere, tum multo magis, quam argenteos, vetustatis dentibus corrosos esse solere, nec ipsum Tychsenianum integrum fuisse videri, nomen enim urbis, in quâ cusus est, annotatum a b. viro non invenio. Hæc ubi reputo, subinde nonnihil suspicari coepi, fieri posse, ut vir optimus minus recte solverit illam inscriptionem. Caussam igitur hanc in medio relinquamus, dum ven. Hartmann, vir ut nobis amicissimus, ita studiis numismaticis justum pretium statuens, ex Museo Rostochiensi nos docere veriora non gravatus fuerit; interea autem numum eum, qui primus duplici inscriptione marginali auctus exstat, eundem et primum, qui versiculum illum Koranicum gerat, sumamus. Is vero est nostri numi frater natu major, qui a. 202 h. d. Samarkandi cusus in Museo Duc. Gothano asservatur. Quo posito, illa sententia primum iis inscripta fuisset numis, quos Mamunus nomine 'Alyi Rifzæ designati successoris cudi fecit. Quamquam mirari subit, hunc esse fontem, ex quo derivata deinde in omnium fere, qui sequuntur, Chalifarum et plerorumque Emirorum

numos dimanaverit. Certe ille versiculus, postquam in tribus, qui nobis innotuere, 'Alidæ istius numis aa. 202, 3 & 4 apparuit, statim inde ab a. 204 ipsius etiam Mamuni numis additus cernitur, et per proxima sæcula in numis principum permansit. (g)

'ABD - ULLAH MAMUN.

25.

ex Mus. cels. Comit. S. de Potocki.

Numus aureus rarissimus, notab. A. I. لا اله الا ‖ الله وحده ‖ لا شريك له

Infra est : عبيد الله بن السرى *'Obeid - ullah Ben - es - Sary.*

M. محمد رسول الله ارسله بالهدى ودين الحق ليظهره على الدين كله

A. II. الخليفة ‖ محمد ‖ رسول ‖ الله ‖ المامون *Muhammed est* ‖ *apostolus* ‖ *Dei.* ‖ Supra est : *Chalifa*, infra *el - Mamun.*

M. بسم الله ضرب هذا الدينر سنة تسع ومئتين *In nomine Dei! Cusus est hic Denarius anno ducentesimo nono.* (209 = 824,5.)

Hujus numi, qui, ut aurei solent, urbis notatione caret, patria nos fugeret, absque nomine illo foret, quod in A. I. inf. conspicitur cumque in Aegypto cusum esse docet. Huic nimirum provinciæ a. H. 206 usque ad a. 211 „Ebn - Alsorri" præfuisse, memoriæ prodidit Mu'hammed Sadiky in Not. et Extr. I, 279. Hunc autem ipsum *'Obeid - ullah Ben - es - Sary*, nostri numi auctorem, esse, patet ex Ibn - el - 'Amido (Elmacino), qui p. 134 inf. refert عبد الله بن السرى „Abdallam f. Assarii" a. 206 Mu'hammedi fratri in præfecturà Aegypti suffectum militari suffragio, et p. 136 eundem a. 211 ab 'Abd - ullah Ben - Tahir hac præfecturà remotum esse. Lectionem عبد الله *'Abd-ullah*, quam eandem et in Tarich-ef - Sali'hy inveni, ut passim, sic hic male habere, et unice veram esse *'Obeid-ullah*, non solum numus noster docet, sed etiam Bar-

(g) Quæ tandem cunque hujus versiculi in numis positi prima ansa fuerit, id certe exploratum est, conjecturas de eâ, quas numorum interpretes in medium produxerunt et nuperrime etiam Marsden l. c. p. 55, locum habere non posse.

Hebræus in Chron. Syr. p. 150, ubi עביר בר שָׁרִי, et Ibn-Challekan in vitâ 'Abd-ullah filii Tahiri (fol. m. 201 recto), ubi ex Tarich-el-Ferghany laudatur عبيد الله بن السرى بن الحكم (h)

MUTEWEKKIL.

26.

ex Mus. Pflugiano.

Ces. *in Urbe salutis anno ducentesimo tricesimo tertio.* (233 = 847,8.)

A. II. p. p. المتوكل على الله *El-Mutewekkil-'al-allah.*

(*h*) Sojuty quidem (in Hist. Aegypti inscriptâ: حسن المحاضرة فى اخبار مصر والقاهرة fol. 216 verso) et ipse male habet عبد الله بن السرى Contra Makrisy (apud Quatremère in Mémoires sur l'Egypte I, 317 sqq.) veram lectionem *'Obeid-ullah* exhibet Eandem ipsam etiam apud Eutych. II, 421 deprehendere mihi videor Nimirum l. 10 pro لابن السرى legendum censeo ابن السرى, quo facto عبيد الله, quod ei proxime præcedit, cum eodem conjungendum est. Et ipsa orationis compositio hanc emendationem mihi videtur flagitare. Male etiam ibidem, quod obiter annoto, Tahirides عبيد الله pro عبد الله audit.

Nunc video hunc ipsum numum nuperrime etiam a Marsdenio l. c. P. I, N°. LI editum, sed non sine magno errore. Nam quod عبيد الله بن السرى *'Obeid-ullah Ben-es-Sary* legendum erat, (عبد الله بن الهر(ون *'Abd-ullah Ben Al-Harun* transscripsit et ad *el-Mamuum* A. II. obvium trahendum censuit. At tam de lectione *'Obeid* quam de *es-Sary* ipsius etiam numus dubitare non sinit. Et proh' deûm fidem! quis Arabs dixerit الهرون *el-Harun*, cum articulo scilicet! Præterea numum suum ad a. 207 retulit, quamquam imago ejus ære expressa potius a. 209 præ se fert — Etiam numum notabilem a patre nostri 'Obeid-ullahi, *es-Sary Ben el-'Hakem* (de quo vid. Quatremère l. c. pag 309 sqq.), eundem idem Marsden P. I, N°. L. edidit, pariter ibi lapsus in legendo nomine السرى *es-Sary* Legit nimirum „ الشرفى *Al-Sherfi*", hac additâ observatione, quam ipsis ejus verbis repetere juvat: „The title of Al-Sherfi *the noble* or *the descendant of the Prophet* may be presumed to designate the Khalif (Mamun) himself".

27.

ex Mus. cels. Com. de Manteufel.

Notab. cus. بفارس سنة اربع واربعين ومايتين *in Fars anno ducentesimo quadragesimo quarto.* (a. 244 = 858,9.)

A. I. inf. المعتز بالله *El - Mu'tess - billah*. Est Mutewekkili filius, *Abu - Ábd - ullah* in antiquioribus patris numis audiens.

A. II. eadem, quæ numi 26[i].

Fars mihi est hujus provinciæ tunc urbs primaria *Schiras*.

MUTASZID.

28.

ex Mus. Zosimano Mosquæ.

Cus. *in Urbe salutis anno ducentesimo octogesimo nono.* (289 = 901,2.)

A. II. p. p. المعتضد بالله *El - Mu'tafzid - billah.*

MUKTEDIR.

29.

ex Mus. Krügeriano Rigæ.

Notab. cus. بالبصرة سنة اربع عشرة وثلثماية *in el - Bafra anno trecentesimo decimo quarto.* (314 = 926,7.)

A. I. p. p. ابو العاس بن ‖ امير المومنين *Abu'l - Ábbas filius* ‖ *Emiri Fidelium.* Est idem atque ille, qui deinceps, interjecto Kahir - billahi regno, Chalifatum gessit titulo *Rafzi - billah* ornatus.

A. II. pp. المقتدر بالله *El - Muktedir - billah.*

KAHIR.

30.

ex Mus. eminent. Metropolitæ Kiowiensis Eugenii.

Rar. notab. cus. بسرمنراى سنة ا ء ى وعشرين وثلثماية *in Serrmenra' anno trecentesimo vicesimo primo.* (a. H. 321 = Ch. 933.)

A. I. p. p. امير المومنين || ابو القاسم بن *Abu'l - Kasim filius* || *Emiri Fidelium*. Est Kahiri filius, qui deinceps, interjecto Rafzii et Mottekii Chalifatu, et ipse ad hanc dignitatem evectus est.

A. II. pp. القاهر بالله *El - Kahir - bill'ah.*

Serrmenra' seu *Samerra* urbs inter Baghdad & Tekrit ad Tigrin sita, quam Mu'tafim ipsius conditor a. 221 = Chr. 836 (secundum Jakutum) vel a. 222 = 837 (juxta Eutychium) (*i*) sedem Chalifatûs elegit, ejus exemplum imitantibus, qui eum excepere Chalifæ septem. (*k*) Quo factum, ut nova urbs brevissimo temporis spatio, maxime sub Mutewekkilo, lætissime cresceret et effloresceret, adeo ut evasisse dicatur اعظم بلاد الله *maxima urbium Dei.* (*l*) Sed hic flos haud diuturnus fuit, celeriter defloruit. Postquam enim a. 280 (= Chr. 893), quo Mu'tafzid Baghdadum pristinam regiam repetiit, sedes imperii esse desiisset, ab eo inde tempore ab incolis deseri et destitui, et deinceps collabi cœpit, adeo ut sæculo fere interjecto Muhelleby locum qui ibi habitaretur coleretur que non nisi exiguum, quantum parvus pagus capiat, mediis in ruinis præsens ipse videret, prout in geographiâ suâ, vulgo العزيزى dictâ, quam inter aa. 365 — 386 (= Chr. 975 — 996) composuit, refert apud Jakut. in Lex. geogr. coll. Abulf. Tab. geogr. VIII, p. 262.

Neque tamen simul cum sede Chalificâ Baghdadum denuo translatâ, moneta Samerræ instituta operari desiit. Etiam post abi-

(*i*) Male Dimeschky (in نخبة الدهر fol. 96 verso) a. 228 (= 842,3) conditam esse tradit.

(*k*) Hoc igitur temporis intervallo Constantinum, seu Cyrillum Monachum, alphabeti Slavici inventorem, in „Samara" sede Chalificâ cum theologis Mu'hammedanis de doctrinæ Christianæ veritate disputasse, recte retulerunt Acta Sanctorum Russica. v. Schlözer ad Nestor. III, 237.

(*l*) Hac loquendi formulâ biblicâ Abu'l-'Abbas A'hmed Dimeschky in Append. geogr. Chronici sui اخبار الدول واثار الاول utitur. — Etiam Jakut in Lex. geogr. refert, non fuisse olim in toto terrarum orbe urbem Samerrâ ampliorem, cultiorem et pulchriorem.

tum Chalifæ Mu'tafzid a. 280 numi ibi cusi sunt, ut ab hoc ipso principe a. 288 (= 901), (m) a Muktefi a. 290 (= 903), Muktedir aa. 298. 303. 312. 314 (s. 911 — 926 p. Chr.), quibus is, quem nunc cum maxime tractamus, numus Kahiri a. 321 (= 933) accedit, agmen claudens omnium, quotquot in Samerrà cusos vidi. Hi autem posteriores numi nobis non possunt non se commendare animumque nostrum advertere, quam qui maxime. Scilicet auctor libri, quem, The Oriental. Geography of Ebn Haukal minus recte inscriptum, anglice edidit ill. Ouseley, de Samerrà hæc habet p. 69: „it is all in ruins, so much that within the space of a farsang there is not any building or cultivated land to be seen". Hæc, obsecro te, quomodo concinnunt cum hoc nostro aliisque numis post initium sæculi X[i]. in Samerrà signatis! hæc, quî fieri potuit, ut scriberet auctor ille, si ejus ætas ad primos viginti annos sæculi modo memorati recte refertur!

III.

TAL'HA, EMIRUS TAHIRIDICUS.

31.

ex Musco Nejelowiano Kasani.
(v. Tab. XIX, 31.)

N. rarissimus, notab. cus. بسمرقند سنة ثمان ومايتين *in Samarkand anno ducentesimo octavo.* (a. H. 208 = Chr. 823,4.)

In altero orbe Aream I. ambiente versiculus ille لله الأمر من قبل &c. legitur.

A. II. لله || محمد رسول || الله المأمون || خليفة الله || طلحة *Deo! || Muh. est ap. || Dei. El-Mamun || Chalifa Dei. || Talha.*

M. محمد رسول الله ارسله &c.

(m) v. ill. Hallenbergii Numism. OO. I, p. 145, quamquam articulus, quo nomen سر من رأى male auctum ibi legitur, lectionis fidem in suspicionem adducit.

IV.

EMIRI SAMANIDAE.

NASR II.

32.

ex Mus. Nejelowiano.

Rar. notab. cus. ببدخشان سنة ثلث عشرة وثلثماية *in Badachschan anno trecentesimo decimo tertio.* (v. Tab. XIX, 32.) (a. 313 = 925,6.)

Monendum, duetus litterarum nominum numeralium, qui et in ipso numo fere coaluerunt, a chalcographo minus bene redditos, et male litteram ا τῆς ثلث supinam, et • τοῦ مية in duos apices divisam esse. Numus ipse hisce vitiis caret.

A. II. p. p. المقتدر بالله ‖ نصر بن احمد *El-Muktedir-billah.* ‖ *Nasr filius Ahmedis.*

Non est in hoc numo, quod advertas, præter urbem, cujus ex monetâ prodiit. Nam rarissime offertur in numis. Nomen autem hujus urbis, in summâ Tocharistanâ sitæ, gemmarum, quæ in ejus montibus eruuntur, vario genere clarissimæ, a vulgo بلخشان *Balachschan* profertur, teste Jakuto in Lex. geogr., unde *Balaxiam* apud Marcum Paulum et *Walascham* apud Schiltbergerum.(n) Mirari igitur subit, hanc posteriorem rationem apud Ibn-'Arabschahum in Vit. Tim. obtinere.

33.

ex Museo Romanzowiano.

Cus. *in esch-Schasch* (i. e. Taschkend (o)) *anno trecentesimo vicesemo secundo.* (a. 322 = 934.)

A. II. p. p. القاهر بالله ‖ نصر بن احمد *El-Kahir-billah.* ‖ *Nasr filius Ahmedis.*

(n) Hæc pronuntiatio vulgaris etiam in بلخشي *Balachschy*, nomine rubini, qui ex illâ regione exportatur, deprehenditur

(o) v. me in Nov. Symb. p 3sqq. et in Ergänzungsbl. zur J. A. L. Z. 1822. N°. 58.

34.

ex Mus. Romanzowiano.

Cus. *Samarkandi anno trecentesimo vicesimo sexto* (?). (a. 326 = 937,8.)

In inf. A. I. ع ع quod, fieri potest, ut sit geminum عدل, per compendium scriptum. (*p*)

A. II. pp. الراضي بالله || نصر بن احمد *Er-Rafzi-billah.* || *Nafr fil. Ahmedis.*

35.

ex Biblioth. Imper. publ. Petropolitanâ.

Cus. بنيسابور *in Nisabur anno trecentesimo vicesimo octavo.* (a. 328 = 939,40.)

A. II. eadem est, quae numi 34[i].

36.

ex eâdem Bibliothecâ.

Cus. ibidem *anno trecentesimo tricesimo.* (330 = 941,2.)

A. II. p. p. المتقي بالله || نصر بن احمد *El-Mutteki-billah.* || *Nafr fil. Ahmedis.*

De gemino modo, quo nunc المتقي بالله nunc المتقي لله scripserunt, nonnulla praelusi in Nov. Symb. p. 7.

N U'H II.

37.

(Musei Pflugiani est, puto.)

Notab.. cus. ببخارا سنة تسع وثلثين وثلثماية *in Bochará anno trecentesimo tricesimo nono.* (a. 339 = 950,1.)

A. II. p. p. المستكفي لله || نوح بن نصر *El-Mustekfi-lillah.* || *Nuh filius Nafri.*

(*p*). Adi quae de hac quaestione diximus in Ergänzungsbl. z. J. A. L. Z. 1822. N°. 57 p. 67.

Cur Chalifæ, jam a. 334 depositi et a. 338 mortui, nomen etiam post hosce annos in Samanidarum numis sese offerat, lege conjecturas in Beiträge p. 47 et Nov. Symb. p. 11. ubi etiam p. 12 notavi pravam, quæ in hoc aliisque nonnullis numis offertur, orthographiam المستكفى لله *El-Mustekfi-lillah*, pro المستكفى بالله *El-Mustekfi-billah*, quæ, in plerisque aliis numis obvia, libris unice probata est.

ÁBD-UL-MELIK I.

38.

ex Biblioth. Imper. publ. Petropol.

Notab. cusus بسمرقند سنة خمس واربعين وثلثاية *in Samarkand anno trecentesimo quadragesimo quinto.* (345 = 956,7.)

A. I. inf. عـ (forte compendium litterarum τοῦ عدل) (q).

A. II. p. p. المستكفى بالله || عبد الملك || بن نوح *El-Mustekfi-billah.* || *Ábd-ul-Melik* || *filius Nuhi.*

39.

ex Mus. Nejelow. Kasani.

Cus. *in esch-Schasch anno trecentesimo quadragesimo nono.* (349 = 960,1.)

In A. I. supremà: ع quo de siglo vide conjecturas nonnullas propositas in Prolus. p. 15.

A. II. p. p. المطيع لله || عبد الملك || بن نوح *El-Muti'-lillah.* || *Ábd-ul-Melik* || *fil. Nuhi.*

40.

ex Mus. Nejelowiano.

Cus. ببلخ *in Balch* eodem anno.

In supr. A. I. vestigium est vocabuli, quod puto دك fuisse.

A. II. p. p. الـ... || عبد الملك || بن نوح ut in N°. 39.

(q) Cl. Marsden in N. suo LIV. hoc idem siglum عى transscripsit, minus recte. Quod in utroque numo cernitur, non est, nisi ع imperfectum.

41.

ex Mus. Nejelowiano.

(v. Tab. XIX, 41.)

Notab. cus. ببخارا سنة احد (sic) وخمسين وثلثاية *in Bochard anno trecentesimo quinquagesimo primo.* (351 = 962.)

Moneo, litteras به vocabuli ببخارا supinas conspici, contra quam in ipso numo habent.

In supr. A. I. بغرا *Boghra;* in eàdem infimâ اللك الظفر (cujus ا caput crassius chalcographo debetur) *El Melik el-Muszaffer* s. *Rex perpetuo victor,* qui titulus ipsius Emiri Manfur in P. aversâ laudati est, (r) inferius autem, ductibus tenuioribus, بك. forte بك *Bek* legendum, et jungendum cum بغرا *Boghra* in supremâ A. obvio, qui num idem sit cum بغرا الحاجب cujus Mirchond in Hist. Samanid. ed. Wilken p. 126 mentionem facit, dubium est.

A. II. p. p. المطيع لله || منصور || بن نوح *El-Muti'-lillah.* || *Manfur* || *filius Nuhi.*

42.

ex Mus. Nejelowiano.

Notab. cus. *in Samarkand* سنة اربع وخمسين • ثلثاية *anno trecentesimo quinquagesimo quarto.* (354 = 965.)

Nota • sub بنصر Marginis exterioris collocata haud dubie و vel ثلثاية praefigendum, sed ab artifice formam numi incidente suo loco addi neglectum indicat.

In supr. A. I. سع (v. Tab. XIX, 42.) quid sibi velit, cum ignorantibus ignoro.

A. II. eadem est atque numi prox. praecedentis.

43.

ex Museo Romanzowiano.

Notab. cusus *Bocharae* ار ::::: سنة *anno* 354 aut 364.

In supr. A. I. بغرا *Boghra*, in eàd. inf. مرح : puto المزرع

(r) cf. Novae Symbolae p. 16.

(*le Madrigalier?*), qui auctus prænomine أبو بكر *Abu-Bekr* aliis in numis Samanidicis occurrit.

A. II. p. p. ؞ ؞ ور بن نوح ‖ ؞ ؞ ع لله Muti' (aut Tai'-*lillah.* ‖ Manſur *filius Nuhi.*

44.

ex Museo Romanzowiano.

Notab. cus. ؞ ؞ ؞ ؞ ؞ باندرابة سنة خمس *in Enderabe anno* ؞ ؞ ؞ ؞ *quinto.* (a. 355 aut 365.)

In supr. A. I. فايق *Faik* (de quo v. sis Nov. Symb. pag. 17 sq.), in eadem inf. quod fuit, deletum est.

A. II. p. p. منصور بن نوح ‖ ؞ ؞ ؞ ؞ لله

Circa urbem, in quà hic numus signatus est, paullulum commorari, non abs re esse videbitur. اندرابة *Enderabe* audit etiam اندراب *Enderab.* Utraque scribendi ratio tum ab Jakuto et Katib Tschelebi. in Dschihan-numa indicatur, tum ab auctore geographiæ sub nomine Haukalidæ a cel. Ouseley editæ et epitomatore Edrisyi promiscue adhibetur. Alii tamen, velut Abu'l-feda, Dimeschky, Mirchond, solà posteriore utuntur. In numis contra, si ab uno Chalifico discesserim, non nisi prior occurrit. Urbs hæc, duobus rigata fluviis, altero cognomine اندراب *Enderab,* altero نهر كاسان *nahr-Kasan* dicto, inter Balch & Ghasna, ipsà longe celebriores, sita est. Olim a geographorum Mu'hammedanorum aliis (ut Belasory, Abu'l-fedà) ad Chorasanam, ab aliis (ut auctore Geogr. Orient. Ousel. et Edrisy) ad Tocharestanam, ab aliis (ut Naſir-ed-din et Ulugh-Bek) ad *Chottelan* referebatur, nullo id quidem discrimine, quatenus, ut Sch. Dimeschky tradit, *Chottelan* s. *el-Chottel* (s)

(s) Sic vulgo, خُتَّلان vel خُتُّلان *Chottolan,* vid. Abulf. et Katib Tschel. Quamquam Jakutus ختلان *Chatlan* rectius pronuntiari ait. الختل *El-Chottel* autem unum idemque cum *Chottelan* esse (licet Jakutus ab eo distinguere videatur), tum disertis verbis Schems-ed-din Dimeschky docet, tum pro

ad Tocharestanam (superiorem quidem), Tocharestana autem utraque ad Chorasanam (et quidem ad Balchensem ditionem) accensebatur. Quamquam alii ad Mawarennahr, alii ad Badachschan traxerunt. Chottel atque ipsa Enderab nunc similiter ad Balch, hodiernæ Awghanistanæ provinciam, accensetur, et in potestate Schahi Murad, filii Emiri provinciæ Kondüs (قندس) esse dicitur.

Enderabe, quoniam aliquando Samanidarum imperio subdita erat, haud infrequens in horum Emirorum numis inde ab a. H. 292 usque ad a. 366 memoratur, quorum nonnulli jam editi sunt. Ad eos quum ab interpretibus tantum non omnibus in definiundâ provinciâ, in quâ sita illa urbs est, mirandum sane in modum erratum sit, facere non possum quin hunc errorem hîc aperiam et corrigam. (t) Jam accipe quomodo singuli hac de urbe sententiam suam prodiderint.

T. C. Tychsen in Com. I. de numis Cuf. (Com. Gœtt. T. IX, p. 130) „Anderaba, inquit, urbs provinciæ *Gilan* haud procul a mari Caspio, alio nomine Anderab sive Abherab, quæ Samanidarum imperio tum subjecta erat." — Adler in Mus. Borg. Cuf. II, p. 56: „Enderaba, urbs provinciæ *Gilan*, quæ pars plana & æqua est regni Dilemitici &c. &c." — O. G. Tychsen in Introd. p. 32: „Anderabe in provinciâ *Gilan.*" — Eadem plane habet Götlin De numis Cuf. I, p. 10. — Schiepati denique in Descrizione del Museo Mainoni p. 56: „Enderaba città della provincia di *Gilan* è in una pianura, e fa parte del regno di Dilem confinante coll' Indostan."

Vides, quam errante uno erraverint reliqui, atque primus error prorependo accreverit. Fontem, unde ill. Tychsenius hausit,

miscuus utriusque nominis usus apud auctores obvius. conferend. الجيل *Dschil* & الجيلان *Dschilan*, fortasse etiam خزر *Chasar* et خزران *Chasran.* — Quod ad situm illius provinciæ, adi cel. Ritter in libro: Die Erdkunde im Verhältniss &c. II, 489. 492. (ed. 1.)

(t) Verbulo jam feci in Prolus. p. 29.

si quæris, Herbelotus est. Scripserat hic in Bibl. Or.: „Anderab ou Abherab (*u*) ville de la province de *Khilan* ou *Gilan*," hisque long. & latit. notationem a Nafiro et Ulugh-Beko traditam addiderat. Jam adi horum astronomorum Binas Tabulas geographicas (edit. a Gravio a. 1652.), et invenies p. 23 & 55 ipsius etiam communis erroris primam originem. Scilicet nomen provinciæ, sub quâ ibi Enderabe urbs recensetur, utroque loco arabice scriptum خيلان *Chilan* est. At enimvero hoc primo aspectu lectionis pravitatem prodit. Quis enim non protinus videt, pro خيلان *Chilan* punctis litteræ secundæ transpositis utique legendum esse ختلان *Chottelan?* Si ibi de Gilan provinciâ ad maris Caspii oram sermo esset, ejus nomen Arabicum الجيل *el-Dschil*, s. جيلان *Dschilan*, persice (ut illarum binarum Tabularum lingua poscit) scribendum fuisset گيلان *Gilan*. Adde, quod hæc posterior provincia گيلان *Gilan* in utrâque Tabulâ jam suo loco p. 19 & 51 memorata est, item quod illa, quæ perperam خيلان *Chilan* scripta est, media inter Tocharistanam & Choresmiam recensetur, inque eâ, præter Enderaben, etiam Badachschan urbs. Certa igitur est, quam quæ certissima, nostra illius erroris emendatio, et hæc quum tam promta et levis sit, miror, magnum Herbelotum, qui, quod ceteri viri docti supra commemorati neglexisse videntur, ipsas illas Binas Tabulas consuluit, manifestum errorem non animadvertisse.

Illæ autem Binæ Tabulæ non solæ sunt, in quibus nomen *Chottelan* a librariis corruptum. Etiam apud 'Hamd-ullam Kaswiny, vulgo Geographum Persicum dictum, in ejus نزهة القلوب (Cod. Romanzow.) plus simplici vice id nunc خيلان *Chilan* (ut in illis Tabb.) nunc جيلان *Dschilan* male exaratum offendi. Item in Ayeen Akbery II, 357 خلان *Khelan* perperam pro ختلان *Chottelan*. Nec non Edrisyo similis macula adhæret. Adi ejus textum

(*u*) Hoc commentum unde ortum sit, non satis patet. Idem Herbel. alio loco, Abherab eandem urbem atque Abher (in 'Irako Persico) esse ait.

Arabicum pp. 158. 160 — 164 &c. et ubique quod الختل *el-Chottel* scribendum erat, male الجبل *el-Dschil* scriptum est, indeque in ejus Versione Latinà vulgo nomine Geogr. Nubiens. notà pp. 135. 137. 138. 140. 141 &c. *Gil* pro el-*Chottel* exstat. (v)

Monendum quoque hoc est, illum errorem de provinciâ Chottel s. Chottelan commissum non intra solos libros se continuisse. Vel extra librorum fines egressus per haud paucas etiam mappas geographicas Europæorum pervasit in iisque hodiedum obtinet. Ipsam exiguam, quæ mihi ad manum est, ejusmodi mapparum suppellectilem ejus rei testem habeo. Major earum pars vel *Chilan*, vel *Gil*, vel utrumque, tanquam nomen provinciæ a Chottelan diversæ, ab oriente Balchi ad Oxum superiorem sitæ, spectandum præbet. En tibi indicem.

Tabula Strahlenbergiana ad calcem libri famosi: Das Nord- u. Ostl. Theil v. Europa u. Asien (a. 1730) inscripti, ut prima est, quæ *Chilan* tanquam diversam a „Catlan" provinciam mihi offert, ita mater hujus erroris in reliquas tabulas derivati esse videtur. — Nouveau Atlas par de l'Isle (Amsterd. 1733) in Tab. Persiæ præter „Catlan" exhibet tam *Chilan* quam *Gil.* — Alexandri Magni Imperium & Expeditio. Tab. auct. de l'Isle ostendit etiam *Chilan*, addens: ou Bedacchan. — Carte qui comprend la Chine, la Tartarie Chinoise &c. p. d'Anville (1734): Kotlan, et *Gil.* — Neue Karte vom mittl. Asien v. J. R. Forster (ad librum: Geschichte der Entdeckungen &c. a. 1783) tam Kotlan, quam *Kilan* et *Gil* oculis nostris exhibet. — D'Anville Asien verbessert von Schrämbl (a. 1786) præter Kotlan, tam *Kilan* quam *Gil* habet. — Neue Karte des Pers. Reichs von Wahl (ad ej. librum: Vorder- u. Mittel-Asien P. I. a. 1795) Chotlan simul et *Khilan*

(v) cf. Ritter l. c. II, 492.

ostendit. (z) — Carte encyprotype de l'Asie p. H. Brué (Paris, 1814), præter Khotlan, *Kilan* etiam coram produxit. — Charte v. Asien v. F. W. Streit (a. 1817) solum *Khilan* exhibet. — Persien v. C. G. Reichard (a. 1804 & 1820) tum Chotlan, tum *Khilan* habet. —

Hæc sufficient ad fidem iis, quæ de errore longe lateque diffuso diximus, afferendam. Speramus, futurum, ut tum numorum interpretes Enderaben urbem ad maris Caspii oras collocare tandem desinant, tum geographi nomen *Khilan* vel *Gil* in tabulas suas porro non admittant.

45.

ex Mus. Nejelowiano.

Notab. cus. *Samarkandi anno trecentesimo quinquagesimo nono.* (359 = 969,70.)

In supremâ A. I. عدل de quo redi ad N°. 34.

A. II. p. p. *El - Muti' - lillah.* || *Manfur* || *filius Nuhi.*

(z) Doctissimus auctor libri modo laudati nihil suspicans scribebat p. 569: „Ein Theil von Tocharistan steht auf den besten Karten unter dem Namen *Kilan.*"

V.

EMIRI BUWEIHIDAE. (a)

'EMAD-ED-DAULA 'ALY,

Emirus Emirorum.

46.

ex Museo Pflugiano.

(v. Tab. XIX, 46)

Numus rarissimus, notab. cusus بشيراز سنة سبع وثلثين وثلاثماية

(a) Ill. Hammer in Kruse's Archiv für alte Geogr. Gesch. u. Alterth. Vol. I, fasc. 2. p. 128 monet, perperam a quibusdam LL. OO. peritis *Bowaih* scribi, quum *Boja* debeat (unde Bojariorum originem deducendam esse censet); atque nuperrime iterum ad Motenebbyum germanice versum Præfat. p. XXIX, *Bujeh*, non *Bowaih* scribendum esse inculcat, quoniam in extremo versuum Persicorum بويه congruat cum خويه *chuje*. Hoc puto ill. S. de Sacy et mihi dictum esse. Doctissimus Parisiensis, in Magas. encyclop. 1810 Juillet, nomen illud, quod vulgo *Buja* pronuntiatur, potius, auctore Ibn-Challekanio vitâ Mo'essed-daulæ A'hmedis, *Bowaih* efferendum esse observaverat. Atque hunc ego deinceps sequutus sum scribendi modum, in Numoph. Pot. et alibi. Nec id temere vel inconsiderate factum. Nimirum, non solus Ibn-Challekan, sed etiam Mu'hammed Ben-Kasim Amasy doctus commentator τυ ربيع الأبرار (in روض الاخيار fol. m. 42 verso) hanc veram pronuntiationem esse disertis verbis docet; præterea eodem modo nomen hoc phthongisatum vocalibus deprehendi in multis aliis libris manuscriptis, veluti in Se'alebyi يتيمة الدهر (Part. II, fol. 172 v.), in تاريخ الصالحى (vetusto et optimæ notæ codice) ad a. 323, in Mu'hammedis Hamateni تاريخ المنصورى ad a. 373; porro Pocockius etiam in Abulfar. Hist. Dyn. hac ipsâ pronuntiandi ratione usus est, vid. e. c. vers. Latinæ pag 195 sq. Ipse denique auctor Kamusii eundem tradit: بويه كزبير *Buweih, ad formam Subeir;* quamquam idem adjicit: *dicunt etiam Bujah.* Ex tot igitur auctorum fide, collatis etiam nominibus راهويه *Rahweih*, خالويه *Chalewcih* et similibus, manifestum et apertum est, tantum abesse, ut pronuntiatio *Boweih* s. *Buweih* respuenda et condemnanda, ut ipsi alteri (*Bujah*) præferenda sit; quamvis hanc jam diu etiam in consuetudinem inductam esse, et, illâ priore non quidem abolitâ, sed præter eam obtinuisse (fortasse apud scriptores antiquitatis minus peritos), tam ex additamento illo apud Firusabadyum, quam ex homoeoteleuto supra memorato intelligatur.

in Schiras anno trecentesimo tricesimo septimo. (a. H. 337 = 948,9.)

A. I. p. p. ابو الحسن || بن بويه *Abu'l-Hasan* || *Ben-Buweih.*

M. exter.: *Dei fuit eritque imperium* &c. (*b*)

A. II. لله || محمد رسول الله || صلى الله عليه وسلم || المطيع لله || عماد الدولة || امير الامراء *Deo!* || *M. est ap. Dei.* || *Propitius sit Deus ei et salutem præstet!* || *El-Muti'-lillah.* || *'Emad-ed-daula* || *Emirus Emirorum.* Infra est ع quod fieri posse, ut pro عدل abbreviato habendum sit, dixi.

M. محمد رسول الله ارسله &c.

Nomina *Abu'l-Hasan filius Buweihi* in A. I. obvia jungenda sunt cum titulis in verss. 5 & 6 Areæ II., inter quos notissimum illum: *Emir-el-Umera* s. *Emirus Emirorum* i. e. supremus Emir, hoc in numo primum eundemque, quod miror, postremum vidi.

MU'ESS-ED-DAULA A'HMED,

'Emadi, Emiri supremi, vicarius. (*c*)

47.

ex Mus. Krögeriano Rigæ.

Notab. cus. a. اربع ، لثين وثلثماية *trecentesimo tricesimo quarto.* (334 = 945,6.) Nomen loci prorsus deletum.

A. I. p. p. ؛ ؛ || معز الدولة || ابو الحسين *Mu'ess-ed-daula* || *Abu'l-Husein* || (filius (*d*)) Buweih.

A. II. *Deo!* || *Muh. ap. Dei est,* || *cui Deus benedicat et salutem præstet!* || *El-Muti'-lillah.* || عماد الدولة *'Emad-ed-daula* || ابو الحسن *Abu'l-Hasan* || بويه (filius) *Buweihi.*

(*b*) Idem versiculus etiam in numorum Buweih. proxime sequentium altero orbe obtinet.

(*c*) Abulf. Annal. II, 454.

(*d*) De hac ellipsi vid. Nov. Symb. p. 21. 25. et Jen. Ergänzungsbl. a. c. p. 53.

48.

ex Mus. Societat. litt. atque art. Curoniensis.

Notab. c. بمدينة السلام سنة خمس وثلثين وثلثماية *in Medinet - es-salam anno trecentesimo tricesimo quinto.* (335 = 946,7.)

Reliqua huic numo cum proxime præcedente conveniunt.

Idem

MU'ESS - ED - DAULA A'HMED.

Rukn-ed-daulæ, Emiri supremi, vicarius. (*e*)

49.

ex Mus. Nejelow.

Notab. cus. بالبصرة (?) سنة احدى واربعين وثلثماية *in el - Basra anno trecentesimo quadragesimo primo.* (341 = 952,3.)

A. I. p. p. بويه ‖ ابو الحسين ‖ لة : د . . . م *Mu'ess - ed - daula* ‖ *Abu'l - Husein* ‖ (filius) *Buweihi.*

A. II. لله ‖ محمد رسول الله ‖ صلى الله عليه وسلم ‖ (*f*) ‖ ركن الدولة ‖ ابو على ‖ بويه *Deo!* ‖ *Muh.* &c. ‖ *cui benedicat* &c. ‖ *Rukn - ed - daula* ‖ *Abu - Aly* ‖ (filius) *Buweihi.*

50.

ex Mus. Nejelow.

(v. Tab. XIX, 50. (*g*))

Notab. cus. بلد : : ? سنة تسع واربعين وثلثماية *in . . . anno trecentesimo quadragesimo nono.* (349 = 960,1.)

A. I. p. p. بوية ‖ ابو الحسين ‖ لة : : : مه *Mu'ess - ed - daula* ‖ *Abu'l - Husein* ‖ (fil.) *Buweihi.*

A. II. *Deo!* ‖ *Muh.* &c. ‖ *cui benedicat* &c. ‖ *El - Muti' - lillah.* ‖ *Rukn - ed - daula* ‖ *Abu - Aly* ‖ (filius) *Buweihi.*]

(*e*) Abulf. Annal. l. c.

(*f*) Non dubito, quin in annotando hoc numo nomen Chalifæ, quod hic adesse debuit, male neglexerim.

(*g*) Marginis Partis poster. inscriptionem in æri incidi opus non est visum.

'ASZOD-ED-DAULA FANNA-CHOSRU (h).

51.

ex Mus. Nejelowiano.

N. rarissimus, notabilis, ad insolitam typi faciem compositus. Arearum enim Marginumque inscriptiones non circulo sed figurà sexagonà circumclusæ.

In A. I. non restant, nisi ‥ || ‥‥ || ‥ وحه || ‥ لا اله ا reliquis detritis.

M. ‥‥‥ ضرب هذا الدرهم بشيراز سنة ‥ واربعين وثلثماية *Cusus est hic Dirhem in Schiras anno trecentesimo quadragesimo* ‥

Extra hunc M. supersunt reliquiæ versiculi: لله الامر &c.

A. II. لله || محمد رسول الله || صلى الله عليه || الـ‥ع لله || عضـ‥ـدولة || ابو شجـ‥ *Deo!* || *Muh. ap. D. est,* || *cui Deus benedicat!* || *el*-Muti'-*lillah.* || *Áfzod-ed-daula* || *Abu-Schadscha'.*

M. محمد رسول الله ارسله &c. plerisque oblitteratis.

Extra M. restant: ‥‥ (الظفر ?) واقبال ود‥ (ودولة) victoria *et prosperitas et fortuna* —

Incommode accidit, ut quæ in inf. A. I. fuerant, evanuerint. Haud dubie autem nomina Rukn-ed-daulæ aderant. Nimirum 'Afzod-ed-daula, ejus filius, 'Emado patruo mortuo a. 338 in regnum Persidis, non tamen in Emiratum supremum successerat; hæc enim dignitas ab 'Emado ad Ruknum transiit, Mo'esso, ut antea 'Emadi, sic nunc Rukni in 'Irako vicibus fungente. Nec hac supremi Emiri dignitate potitus esse videtur, nisi post mortem Rukn-ed-daulæ a. 366, vel potius post cædem 'Ass-ed-daulæ filii Mu'ess-ed-daulæ a. 367. Atque sane eum, quum moreretur a. 372, Emira-

(h) seu *Fenne-Chosru;* sic eum duplici *n* pronuntiari et Ibn-Challekan (in vità 'Afzod-ed-daulæ), et Sc'aleby et Amasy (ll. cc.) jubent hoc nomen, quod vulgo *Fana-Chosru* lectum est, cuique ill. Hammer in Motenebbyo suo p. 407 et sqq. corruptam prorsus lectionem *Kiachosrew* قياخسرو ex زبدة النوارىخ nescio quà substituendam censuit.

tum in Trako 5 annos et 6 menses tenuisse testantur historiarum auctores. (*i*)

52.

ex Mus. Nejelow.

(v. Tab. XIX, 52)

Rar. notab. بجرجان : : سبعين وثلثماية *in Dschordschan* anno *trecentesimo septuagesimo*. (a. H. 370 = Ch. 980,1.)

In supr. A. I. quod supra الله additum cernitur سل equidem non video, quid sibi velit. In eàd. inf. الطايع لله *Et-Tai'-lillah.*

A. II. p. p. عضد الدولة ‖ وتاج اللة ‖ ابو شجاع *Áfzod-ed-daula* ‖ *we-Tadsch-el-Milla* ‖ *Abu-Schadscha'.*

Monendum, chalcographum litteram ا τοῦ تاج male cum sequente ج conjunxisse.

'Afzod-ed-daula, nullius alius Buweihidæ, cujus majorem potestatem agnosceret, nomine addito, ipse jam ad supremum Emiratum evectus suâ ipsius auctoritate et assumto altero titulo *Tadsch-el-Milla* s. *Tiara Religionis* (cujus et apud Ibn-Challekanum mentio fit) hunc numum cudit. Redi ad N. 51.

(*i*) Liceat mihi hic locum aliquem Ibn-el-'Amidi (Elmacini), qui ad nostri Buweihidæ res spectat, sed in vitio cubat (quod cel. Umbreit in Com. de Hist. Emirorum al Omra p. 71. non animadvertit) breviter emendare. Exstat p. 236, legendus et intelligendus hunc in modum: *Præcepit Chalifa Tai'-lillah, ut Baghdadi pro 'Afzod-ed-daula, quâ Rege* (للملك), *fausta vota fierent in Chutbâ* (s. Concione sacrâ) *die Veneris, statim subjicienda* (التالية) *Chutbæ ei, quæ pro ipso Chalifâ T. lillah habebatur.* Sic etiam Reiskium legisse, ex ejus notâ ad Guthrie u. Gray Allg. Weltgesch. Bd. VI, Th. II, p. 9 patet. Nec minus Ibn-Challekan emendationi nostræ fidem affert, in vitâ 'Afzod-ed-daulæ hae de re ita referens: هو اول من خطب له على المنابر ببغداد بعد الخليفة

EMIRUS SIJARIDES, (k)

KABUS.

63.

ex Mus. Nejelowiano.

(v Tab. XIX, 53)

Notab. cusus, ut videtur, سنة ثمان ستين ثلثماية *anno trecentesimo sexagesimo octavo.* (368 = 978, 9.) Copulæ numeralibus interjiciendæ omissæ. Nomen loci, ut in imagine ære expressâ, sic in ipso numo, obscurum ita, ut vix solveris. Litterarum ejus ductus male coaluere. In Dschordschan forte cusus est.

A. I. p. p. قابوس بن وشمكير *Kabus filius Waschmekiri*, in numo ipso distinctius quam in imagine ære expressâ.

Marginis exterioris epigraphe solemnia illa لله الأمر &c. continens ut a chalcographo addatur, non est visum necesse.

A. II. لله ‖ محمد رسول الله ‖ الطايع لله ‖ عضد الدولة ‖ وتاج الملة ‖ ابو شجاع *Deo!* ‖ *Muh. ap. D. est.* ‖ *Et-Tai'-lillah.* ‖ *Afzod-ed-daula* ‖ *we-Tadsch-el-milla* ‖ *Abu-Schadscha'.*

Hanc etiam Aream qui ambit orbis, notissima illa Koranica continens, inanis relictus in Tabulâ est.

VI.

EMIRUS MERWANIDES,

MUMEHHID-ED-DAULA.

64.

ex Mus. Univers. Imp. Dorpatensis. (l)

(v. Tab. XX, 54)

Rarissim. notabilissim. cus. ‥ بميافارقين سنة اثنين وتسعين ‥ in Miafarekein *anno* trecentesimo *nonagesimo secundo.* (a. 392 = Ch. 1001, 2.)

(k) vel *Sijadides.* cf Nov. Symb p. 23 sq.

(l) Etiam hujus numi Museo Asiat. Petrop. jam accessit exemplum.

A. I. p. p. الغالب بالله ‖ ممهد الدولة ‖ ابو منصور *El - Ghalib - billah* (s. Dei ope Prævalens) ‖ *Mumehhid-ed-daula* (s. Complanator regni) ‖ *Abu - Manſur.*

A. II. لله ‖ محمد رسول الله ‖ صلى الله عليه واله ‖ القادر بالله ‖ الملك بهاء الدولة ‖ قطب الملة *Deo!* ‖ *Muh. ap. Dei est;* ‖ *Deus benedicat ei gentique ejus!* ‖ *El - Kadir - billah.* ‖ *El-Melik* (s. Rex) *Beha-ed - daula* ‖ *Kotb - el - milla.*

ⁱ Marginis inscriptio plane periit.

Numus hic cusus ab illo Merwanide est, qui post Abu-'Aly Ben-Merwan, fratris, cædem, Miafarckeino aliisque urbibus, quæ antea sub fratris ditione fuerant, potitus, brevi post tempore a. 402 occisus est. (m) Prænomine *Abu - Manſur* et titulo superbo *el-Ghalib - billah* eum gavisum esse, ut numus noster docet, historiarum auctores, quos memoravi, ignorasse videntur. Dolendum, eundem non et proprium ejus nomen, quum idem etiam auctores illos fugerit, nobis indicare. Verum nec hoc levis momenti est, quod Emiros Merwanidas supremum Buweihidarum auctoritatem agnovisse (nam qui in A. II. post Chalifam nobis se offert Beha-ed-daula &c. Buweihides est mortuus a. 403) ex hoc numo intelligimus; nec id nullius momenti est, quod pro suetâ Mu'hammedi fausta precandi formulâ صلى الله عليه وسلم hic legitur صلى الله عليه واله (n)

(m) Abulf. Annal. II, 570. Abulfar. Hist. Dyn. p. 323. Emir Mufta'fa p. 332.

(n) Quod hic non solius Mu'hammedis, sed etiam *gentis ejus* memoria piâ laude fertur, in eo Schi'itismi indicium inesse videri possit, quatenus ال النبى passim de progenie Mu'hammediis per ipsius generum 'Aly adhibetur. In hac sententiâ positum habes in loco Institut Timuri, quem adductum vide sis in Beiträge p. 57. Eodem sensu legimus apud Elmacin. p. 132 Ibn Tabatabam Aliden invitasse homines الى الرضا من ال محمد; sic apud Abulf. in Annal. II, 113 'Alyum filium Musæ Imamum VIII. a Mamuno titulo الرضا من ال محمد auctum esse; sic Laila Ben-No'man, dux ille bellicus 'Alidarum, præ-

VII.

P A G R A T I S,

T A M A R A.

55.

ex Mus Pflugiano.
(v. Tab. XXI, 55.)

N. **æneus**, bilinguis, rarus, notabilis.

A. I. (quæ supra ad dextram typo minoris moduli denuo signata est) ... لعظم (؛ لعظمة vel) || ... دنيا والدين || تامار ابنة كيوركى || ظهير المسيح || ؛ ؛ الله انصاره Rex *summe honorandus* (vel Regina *s. honoranda*) || Dschelal - ed - *dunja w'ed - din* (seu gloria mundi et religionis) || *Tamar filia Giorgii* || *Adjutrix Messiæ*, || *Deus victorias ejus* nobilitet!

Quæ in orbe, qui Aream ambit, fuere, ea partim truncata sunt, partim confusiora. Inter alia autem ibi deprehendere mihi videor fausta precandi formulam hanc ضاعف الله اجلاله *Deus duplicet (o) majestatem ejus.*

---

dicatus est المنتصر لال رسول الله, v. Numus in Prolus p. 45 sqq.; sic Lubb-Tarich (Büsch. Mag. XVII, 162) 'Alyum Muajjedum, ultimum principum Serbedariorum, qui Schi'itæ fuere, *familiæ propheticæ* observantissimum fuisse paratumque semper habuisse equum Mehdy illi Imamorum postremo excipiundo refert. Quid? quod huic sententiæ favere etiam videri possint cippi Kufici haud ita pridem ex Aegypto Romam advecti, quorum inscriptiones accuratâ arte descriptas vidi apud cel. Lanci, quo tempore hic per aliquot menses commorabatur. Nimirum quum eorum unus, anni 239 ideoque dynastiâ Fatimidarum prior, nosta Mu'hammedi precandi formulam صلى الله عليه وسلم legendam exhibeat, reliqui per sæcula 5tum et 6tum sculpti omnes loco ejus vel صلى الله عليه واله vel اللهم صل على محمد النبي واله habent. Cf. etiam Cipp. Kuf. anni H. 454. a cel. Lanci editum et illustratum in Lettera sul Cof. sepolcrale monumento ec. (Roma 1819). Neque tamen illam sententiam sub voce ال in hoc numo Merwanidico subjiciendam esse puto.

(o) pro *augeat* cf. Inscript. Diarbekrens. in Niebuhrii Reisebeschr. II, 403. et Abulf Annal T. V passim.

In Part. aversæ Margine inscriptionis Georgianæ reliquiæ sunt, quas hujus linguæ periti expediant. Quæ eidem Parti ad dextram impressa nota cernitur, littera Georg. *D* est, qualem jubente *Davide* Rege deinceps additam censet ill. Castiglioni in Monete Cuf. p. 347.

Tamar, filia Georgii III, regina (*p*) Georgiæ potentissima & clarissima, tum quo anno patri in regno successerit, tum quo diem supremum obierit, non satis constat. Auspicia regni ejus alii ad a. Ch. 1171, alii ad 1184 referunt, extremum autem vitæ ejus annum 1198 esse Historia Georgiana vult, cel. St. Martino autem potius a. 1206 vel 1207 fuisse videtur. v. ejus Mémoires sur l'Arménie I, 381 sq. II, 247 sq. Adi etiam Com. meam de titulis Chanorum Ordæ aureæ p. 21 sq.

VIII.

SULTANUS AWGHANICUS,

MUBAREK - SCHAH.

56.

ex Museo Nej.lowiano Kasani.
(v. Tab. XXI, 56.)

N. aureus, quadratus, rarissimus, notabilissimus.

A. I.	الامام الاعظم	*Imamus supremus*,
	خليفة ربّ العالمين	*Chalifa Domini mundorum*,
	قطب الدنيا والدين	*Kotb-ed-dunja w'ed-din*,
	ابو المظفر مبارکشاه	*Abu'l-Muszaffer Mubarek-Schah*,
A. II.	السلطان ابن	*Sultanus*, *filius*
	السلطان الواثق	*Sultani el-Wasik-*
	بالله امير المومنين	*billah Emiri Fidelium.*

(*p*) Rex, *Mepe* prædicabatur. Num inde انصاره pro انصارها ?

Inscriptio marginalis in P. aversâ plane non fuisse addita videtur. Quæ in P. adversâ cernitur, præcisa est ita, ut litterarum fere omnium apices superiores perierint. Quæ supra sunt, lego: ضرب هذه السكة *Cusa est hæc moneta* (*q*), quæ infra et ad dextram: سنة عشر | ين وسبعماية — *anno septingentesimo vicesimo* (a. H. 720 = 1320 Ch.). At quæ ad sinistram et ibidem in angulo inferiori fuere, ea non expedio. Dixerim in illis quidem latere بقلعة مكران *in arce Mokran*, vel etiam — بقلعة مكز *in arce Mekes* (quæ, teste Jakuto, præcipua urbs Mokrani et sedes regia fuit). Sed an Sultani, cujus hunc nummum esse demonstrabimus, ditioni Mokran, hodie Beludschistan dicta, subjecta fuerit, valde dubito. Nonnunquam igitur animum subibat cogitatio, fieri posse, ut illa legenda sint بشعبان مكرم *mense Schabano maxime colendo.* Mensium quidem notatio in numis neutiquam insolita, (*r*) nec menses ejusmodi epitheto augendi mos apud Muhammedanos infre-

---

(*q*) سكة *sikka* 1) (clavus) 2) *typus monetalis*, 3) *omnis typo signata pecunia, moneta*. v Makrisy de pond. et mens. ed. Tychs. p. 35. Cum hoc vocabulo vide annon compara dum sit Syrorum סִיכְּתָא *sinka* apud Castell. in Lex. Syr. ed Mich. p. 609. et Assemani Act. Mart. OO T I, p 114. 117. coll. قبة et كنبل, שבת et سنبة similibusque exemplis in ver. Gesenii L hrgeb. p. 131 et ven. Hartmanni Linguist. Einl. p 343 allatis. Tychsenium quidem pie defunctum de hoc vocabulo passim percontatum esse video ex ejus Vitâ auct. Hartmanno T II, P. 2, p. 319 et Merkwürdige Beilagen p 281. — Datâ hac occasione non possum non uti ad tollendum, quod Castelli Lex. heptag'. obsidet, turpe mendum. Legitur ibi sub hoc vocabulo: „دور سكك *rotundi numi.* v Geogr. Nub p. 15, l 8." Numos rotundos arabice dixeris دراهم مدورة At دور السكك (sic enim Edrisy) eadem sunt atque دور الضرب i e. *Officinæ monetariæ.* Maronitæ non verterant. Non versum ipse interpretari conatus est Castellus, sed, ut passim, ita hîc misere lapsus.

(*r*) Habes exempla in Beiträg. p. 52. et Recens. Numor. Mu'h. Mus. Asiat. p 221 et al.

quens est, (s) nec denique مكرم articulo destitutus te offenderit in nummo illius ævi populique. Hanc tamen et ipsam rationem vix a me impetro ut admittam. Ill. Tychsenius, qui editâ de numis Indicis commentatione semet operam eximiam historiæ Indicæ dedisse testatus est, opto, ut hanc difficultatem removeat. Imago hujus numi ad veritatem expressa est lapide. Quod denique τῳ سنة proxime antecedit, utpote vehementer truncatum, me præterit. Erat, ubi conjicerem in eo latere من شهور vel فى شهور vel من الهجرة Sed jam ad epigraphes in utraque Areâ obvias examinandas accingamur.

Kotb - ed - dinum Mubarek - Schahum esse Sultanum illum Awghanicum seu Patanicum, qui ab a. H. 717 (= Ch. 1317) regno Delhiensi præfuit usque dum a. 721 (= 1321) occideretur, annus numi probat. ابو المظفر *Abu'l-Muszaffer*, quod propriâ vi suâ significat *patrem el - Muszafferi* s. Victoriosi, non verum prænomen ob filium, qui el - Muszaffer dictus sit, assumtum, sed sensu metaphorico, ad instar vulgatissimi illius *Abu'l - Ghasi*, adhibitum, et pro mero titulo honorifico Sultanis hujus dynastiæ solemni habendum esse censeo; nam tum nostri patrem Muhammed-Schahum, tum Tughlyk - Schahum, ejusdem successorem, eodem titulo usos esse videmus. (t) Qui ab alterâ Parte adjectus cernitur, titulus *Sultanus filius Sultani* seu Sultanus Sultano prognatus satis superque notus est ex numis seriorum 'Osmanidûm, qui præ aliis eo delectantur. Respondet fere τῳ πορφυρογεννητῳ Imperatorum Byzantinorum. (u) Atque Mubarek - Schah sane regio sanguine ortus erat, utpote filius tertius τȣ 'Ala - ed - din Iskender sani. (v)

Hi omnes tituli non habent, in quo offendat, quisquis reputaverit, quam proni Orientales sint in ejusmodi ornamentorum inanium

---

(s) v. me in Mémoires de l'Acad. I. des Scienc. T. VIII, p. 502.

(t) v. Recensio Numorum p. 176 sq.

(u) Reisk. ad Constant. Porph de Cærim. aulæ Byz. p. 80.

(v) Adi The History of Indostan by Ferishta, transl. by Dow I, 297 sqq. Ayeen Akbery. II, 95. 103.

congeriem sibi assumendam. Sed enim vero admiratio animum incessat oportet, quod tum idem Sultanus *Imami* & *Chalifæ* titulo auctus, tum pater ejus *el-Wasik-billah*, nomine Chalifico, et *Emir el-Mumenin* s. Emirus Fidelium dictus conspicitur. Exstincto quidem (a. H. 923 = 1517) per Selim I. 'Osmaniden Chalifatu sub Mamlukorum auctoritate in Aegypto misere existente, tum Sultanos Turciæ, tum Scherifos Mauritaniæ, tum Schahos Persiæ, tum Chanos Buchariæ, singulos sibi vindicasse Chalifatum et, ei qui debentur, titulos affectasse, non est, quod mireris. Verum sæculo XIV. in Aegypto adhuc stabat, licet inani specie, Chalifatus 'Abbasidicus; atque ut nonnullorum Sultanorum Awghanensium numi docent, eos principes debitam Chalifis reverentiam exhibuisse, ut quorum alius ناصر امير المومنين , alius امين امير المومنين se prædicabant. Quid? quod a Sultano hujus dynastiæ, Muhammede Ben-Tughlyk, nomen Chalifæ Aegyptii el-Musteksi-billah, suo ipsius plane suppresso, in numos receptum esse videmus. (z) Huic quidem simile consilium quominus locum habuisse in hoc numo existimes, inscriptionis obstat dispositio; quis enim opinaretur, disjecta ejus membra digerenda esse ita, ut verba الامام usque ad العالين ad الواثق &c. referantur, الواثق autem &c. cum السلطان altero non sint jungenda? Quin imo, vel hac epigraphes compositione admissà, Wasikbillah idem esse cum Chalifà hujus nominis eo, qui inter seriores illos Chalifas 'Abbasidas Aegyptiacos exstitit, neutiquam censeri potest, nam hunc viginti demum annis post Mubarik-Schahum ad Chalifatum admotum fuisse constat. — Nihilominus non video, quæ alia difficultatem illam expediundi via suppetet, nisi ut conjicias tam 'Alaed-dinum Muhammed-Schahum, quam ejus filium Kotb-ed-dinum Mubarek-Schahum re verà eo processisse insolentiæ, ut, stante adhuc in Aegypto Chalifatu 'Abbasidico, eam supremam in sacris dignitatem sibi asserere sustinerent. Neque id, quod ad priorem attinet, valde difficile ad fidem videbitur legenti, quæ Ferishta (a) de eo

(z) v. Recens. Numor. p. 177. sqq. cll. Das Muhammed. Münzkabinet p. 44 sq.

(a) l. c. I, p. 263.

memoriæ prodidit: „In the third year of the reign of Alla, when prosperity shone upon his arms, he began to form some extraordinary projects. One of these was the formation of a new system of religion, that, like Mahommed, he might be held in veneration by posterity. — His other design was equally romantic. He proposed to leave a viceroy in Hindostan, and, like the great Secunder, to undertake the conquest of the world. In consequence of this project, he assumed the title of Acsunder Sani, which was struck upon the currency of the empire.“ Numquid mirandum, si qui alterum Alexandrum se jactabat, (*b*) idem et summi Muhammedanorum antistitis dignitatem in se transferre, seque nomine pio Chalifico *Wasik-billah* et titulo *Emir-el-Mumenin* prædicare non est veritus? Quidni principem, ut erat immodicæ ambitionis, licet a novandi res sacras consilio abduci se passus sit (v. Ferischta I c p. 265), deinceps ad eandem insaniam rediisse, probabile videatur legenti, quæ idem auctor p. 290 narrat. Quod autem ad filium attinet, qui numum hunc cudi jussit, et quem dissolutum et effrenatum nullâ in re modum tenuisse eadem Historia (I, 299) docet, num a probabilitate alienum videatur, cum patris vestigiis ingressum ad similem insaniam & arrogantiam abreptum esse, quâ se *Imamum supremum* et *Vicarium Dei* prædicaret? — Si quid novisti rectius istis, candidus imperti.

Hæc autem qualiacunque delibasse sufficiet interpretatione horum numorum, in quibus haud pauci, qui ampliore commentatione, ut egent, ita dignissimi sunt.

(*b*) Testem rei numum etiam habemus, quem v. Recens. Num p. 176.

NUMI KUFICI,

qui hisce duabus Commentationibus recensiti sunt, uno in conspectu positi.

Numeri nota Romana Commentationem, Arabica Numum indicat.

A) Chalifæ Umaijadæ Orientales,

'Abd-ul-Melik

Dimeschk, a. 80. II, 1.
Beremkobad (?), a. eod. II, 2.
Basra, a. 81. II, 3.
Dschey, a. eod. II, 4.
Dimeschk, a. 83. II, 5.

'Abd-ul-Melik, aut *Walid* I.

Wasit, a. 86. I, 1.

Walid I.

Dschondei-Sabur, a. 91. II, 6.
Sabur, a. 92. II, 7.

Walid I. aut *Suleiman*

a. 96. II, 8.

Suleiman

Wasit, a. 97. II, 9.

Jesid II.

Wasit, a. 103. I, 2.

Hescham

Wasit, a. 107. I, 3.
a. 120. II. 10.
Wasit, a. 122. I, 4.

B) Chalifa Umaijadicus Occidentalis,

'Hakem II.

Sehra ⸗⸗⸗ I, 5.

C) Chalifæ 'Abbasidæ,

'Abd-ullah

Kufa, a. 135. II, 11.

Mansur

Basra, a. 140. II, 12.
a. 147. II, 13.
'Abbasia, a. 157. II, 14.

Mehdy, heres Chalif. design.

Arminia, a. 152. II, 15.

Idem, Chalifa

Basra, a. 164 (?) II, 16.
a. 165. I, 6.
'Abbasia, a. 167. I, 7.
a. 168. I, 8.
'Abbasia, a. 169 (?) I, 9.

Hadi, aut *Harun Raschid*

'Abbasia, a. 170. II, 17.

Harun Raschid

Mu'hammedia, a. 170. II, 18.
'Abbasia, a. 171. II, 19.
Mu'hammedia, a. 175. I, 10.
Serendsch, a. 185. I, 11.
Tabristan, a. 191. I, 12.
Abreschehr, a. 193. II, 20.
Samarkand, a. eod. I, 13.
Medinet-es-salam, a. 193 (?) I, 14.

Amin, her. Chalif. design.

Medinet-es-salam, a. 181. I, 15.
ibid. a. 184. II, 21.
Arminia, a. 189. II, 22.

Idem, Chalifa

Medinet-es-salam, a. 194. I, 16.
ibid. eod. anno. I, 17.

Mamun, heres Chalif. design.

Balch, a. 194. I, 18.

Idem, Chalifa

Arran, a. 196. I, 19.
Medinet-es-salam, a. 198. II, 23.
a. 209. II, 25.
Medinet-es-salam, a. 216. I, 20.

'Aly Rifza, her. Chalif. design.

Mu'hammedia, a. 203. II, 24.

Mutewekkil

Medinet-es-salam, a. 233. II, 26.
Fars, a. 244. II, 27.

Mu'tess

Samarkand, a. 253. I, 21.

Mu'tafzid

Medinet-es-salam, a. 282. I, 22.
ib. a. 289. II, 28.

Muktedir

Medinet-es-salam, a. 300. I, 23.
ib. a. 305. I, 24.
Mausil, a. 312 (?) I, 25.
Serrmanra', a. 314. I, 26.
Wasit, eod anno. I, 27.
Basra, eod. a. II, 29.
Medinet es salam, a. 317. I, 28.
Kufa, a. 318. I, 29.

Kahir

Medinet-es-salam, a. 321. I, 31.
Serrmanra', a. eod. II, 30.

Rafzi

Medinet-es-salam, a. 323. I, 32.
Basra, a. 324 I, 33.
Medinet-es-salam, a. 325. I, 34.

Mutteki

Medinet-es-salam, a. 329. I, 36.
Basra (?) a. 331 I, 37.

D) Chalifa 'Alidicus Edrisidarum auctor,

Edris

⸗⸗⸗ a. 174. I, 40.

E) Chalifa Fatimidicus

Mustanfir

Mifr, a. 439.	I, 41.

F) Emirus Tahiridicus

Talha

Samarkand, a. 208.	II, 31.

G) Emiri Samanidæ,

Isma'il I.

Schasch, a. 284.	I, 42.
ib. a. 286.	I, 43.
ib. a. 290.	I, 4[illegible]
ib. a. 291.	I, [illegible]
Samarkand, a. eod.	I, 46

Ahmed

? ? ? a. 295 (?)	I, 47.
Samarkand, a. 296.	I, 48
Schasch, a. 298 (?)	I, 49.
Samarkand, a. 299.	I, 50.
Enderabe, a. eod.	I, 51.
Samarkand, a. 300.	I, 52.

Nafr II.

Schasch, a. 302.	I, 53.
Samarkand, a. 305.	I, 54.
Balch, a. 306.	I, 55.
Samarkand, a. 312.	I, 56.
Badachschan, a. 313.	II, 32
Schasch, a. 315	I, 57.
Mu'hammedia, a. eod.	I, 58.
Schasch, a. 316.	I, 59.
ib. a. 317.	I, 60
Schasch, a. 320 (?)	I, 63.
ib. a. 321 (?)	I, 64.
ib. a. 322.	II, 33.
Samarkand, a. 324.	I, 65.
Schasch, a. eod.	I, 66.
Samarkand, a. 325.	I, 67.
Schasch, a. eod.	I, 68.
Samarkand, a. 326.	I, 69.
ib. eod. a.	II, 34
ib. a. 328.	I, 70.
Nisabur, a. eod.	II, 35.
Samarkand, a. 329.	I, 71.
Schasch, a. eod.	I, 72.
Enderabe (?) a. 3 ? ?	I, 75
Enderabe, a. 330.	I, 76.
Nisabur, a. eod.	II, 36.
Samarkand, a. eod.	I, 77.
Schasch, a. 331.	I, 78.

Nu'h I.

Samarkand, a. 332.	I, 85.
ib. a. 333.	I, 86
ib. a. 334	I, 88.
Schasch, a. eod.	I, 89.
ib. a. 335.	I, 90.
Bochara, a. eod	I, 91
Samarkand, a. 336.	I, 92.
ib. a. 337.	I, 93.
ib. a. 338.	I, 94.
Bochara, a. eod.	I, 95.
ib. a. 339.	II, 37.
Schasch, a. 33 ?	I, 97.
ib. a. 340.	I, 98
Samarkand, a. eod.	I, 99.
ib. a. 343.	I, 100.

'Abd-ul-Melik I.

Samarkand, a. 345.	II, 38.
ib. a. 348.	I, 107.
ib. a. 349.	I, 108.
Schasch, a. eod.	II, 39.
Balch, a. eod.	II, 40.
Samarkand, a. 350 (?)	I, 109.

Manfur I.

Bochara, a. 351.	II, 41.
Samarkand, a. 354.	II, 42.
Schasch, a. 358.	I, 110.
Samarkand, a. 359.	II, 45.
Bochara, a. 354 (364)?	II, 43.
Enderabe, a. 355 (365)?	II, 44.

H) Emir. 'Hamdanid.

Seif-ed-daula

? ? ? ? ?	I, 113.

? ? ? a. 329.	I, 114.

I) Emirus 'Okeilides

'Husam-ed-daula

Maufil, a. 387.	I, 115.

K) Emiri Buweihidæ,

'Emad-ed-daula

Arradschan, a. 333.	I, 117.
Schiras, a. 337.	II, 46.

Mu'ess-ed-daula

? ? ? a. 334.	II, 47.
Medinet es-salam, a. 335.	II, 48.
ib. a. 336.	I, 118.
Bafra, a. 341.	II, 49.
? ? ? a. 349.	II, 50.
Idadach, a. 34 ?	I, 119.

'Afzod-ed-daula

Schiras, a. 34 ?	II, 51.
Dschordschan, a. 370.	II, 52.

L) Emirus Sijarides

Kabus

? ? ? a. 368 (?)	II, 53.

M) Emirus Merwanides

Mu'nehhid-ed-daula

Miafarekein, a. 392.	II, 54.

N) Regina Pagratis,

Tamar

? ? ?	II, 55.


O) Sultanus Awghanicus

Mubarek-Schah


? ? ? a. 720.	II, 56.



Ex Museo solitario Imperatoris Augustissimi Petropoli



E Museo Nejelowiano Kasani



Mémoires de l'Acad. Imp. des Sciences Tom. IX Tab. XX.

Ex Museo Universitatis Imp. Dorpatensis

18 20 54



Ex Museo Pflugiano.


22.



del. & sc. Dim: Ivanoff.


Ex Mus. Pflugiano

46



Ex Mus. Pflugiano

55




Ex Mus. Nejelowrano

1




Ex Mus. Nejelowrano

2



Ex Mus. Nejelow.

56



H. Koeck in lap. del. Petrop. 1821

XXIII
D
30-31